DE CONSCIENTIAE NOTIONE, QUAE ET QUALIS FUERIT ROMANIS.

R. MULDER.

DE CONSCIENTIAE NOTIONE,
QUAE ET QUALIS FUERIT ROMANIS.

UNIVERSITAS LIBERA REFORMATA AMSTELODAMENSIS.

DE CONSCIENTIAE NOTIONE, QUAE ET QUALIS FUERIT ROMANIS.

DISPUTATIO LITTERARIA

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS

I. WOLTJER,

PHILOS. THEOR. ET LITT. HUMAN. DOCT., IN FAC. LITT. PROF. ORD.

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIA THEORETICA ET LITTERIS HUMANIORIBUS HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

PUBLICO AC SOLLEMNI EXAMINI SUBMITTET IN AEDIBUS QUIBUS NOMEN „DE WERKENDE STAND"

ROELOF MULDER,

E PAGO SAUWERD

DIE XXIX M. MAI MCMVIII HORA II.

LUGDUNI BATAVORUM
APUD
E. J. BRILL
MCMVIII.

Typis E. J. BRILL, Lugduni Batavorum.

PATRI MEO

ET PIAE MEMORIAE MATRIS.

Studiis academicis ad finem perductis vobis omnibus, viri clarissimi, quorum vel scholis vel domestica consuetudine mihi frui licebat, meritam gratiam memori mente persolvo. Atque imprimis tibi clarissime aestimatissimeque Woltjer ex animo gratias ago quam maximas, quod tu, qui multos per annos in litteris colendis mihi viam monstrasti, praesertim in hoc opusculo componendo numquam mihi defuisti.

Et tibi, clarissime Geesink, gratias habeo summas, qui philosophiae historiam logicaeque elementa me docueris.

Nec non tuas scholas, clarissime Kuyper, grato animo recordor.

Vos, commilitones, quorum consuetudine ac amicitia per tot annos fruebar, valere omnes iubeo.

Vobis denique, benevoli lectores, hoc meum opusculum commendo, quod, quaeso, aequi bonique facere velitis.

CONTINENTUR.

PROOEMIUM.

Multi viri docti cum philosophi tum theologi de notione conscientiae scripserunt [1]). Qualis autem fuisset apud antiquos Graecos atque Romanos, perpauci uberius tractaverunt, inter quos dignissimi sunt, qui nominentur, viri clarissimi Jahnel et Kähler. Jahnel disputationem aditialem edidit (Berol. 1862), quae inscribitur: „De conscientiae notione qualis „fuerit apud veteres et apud Christianos usque ad „medii aevi exitum." Maximam opusculi huius partem Graecis tribuens, Romanos leviter tantum attingit, propterea quod, ut ipse profitetur, ex Romanorum scriptis nihil novi, quo illa notio illustretur aut explicetur, afferri possit. Quamquam multa, quae Jahnel tractavit, magna laude sunt digna, tamen inquirenti, quid de conscientia *Romani* vel scripserint vel existimaverint, mihi primoribus tantum labris hanc rem gustasse videtur.

Praeterea id, quod de Stoicis scripsit [2]), valde mea quidem opinione a veritate abhorret, quod et

1) e. g. Amesius, „De consc. et eius iure vel casibus. Libri quinque", 1660, Amstelod.; Stäudlin, „Geschichte der Lehre von dem Gewissen", 1824, Halle; Hofmann, „die Lehre von dem Gewissen", 1866; Gasz, „die Lehre vom Gewissen", 1869, Berlin; Ritschl, „über das Gewissen", 1876; Schmidt, „das Gewissen", 1889, Leipzig; Elsenhans, „Wesen und Entstehung des Gewissens", 1894, Leipzig; Oppenheim, „das Gewissen", 1898, Basel; Seeberg, „Gewissen und Gewissensbildung", Erlangen 1896.

2) Jahnel parum recte putat Stoicos iam a prioribus temporibus ad conscientiae notionem significandam voce, quae est *συνείδησις*, usos esse notionemque conscientiae a Stoicis esse formatam.

Kähler putat, qui anno 1878 hac de re opus edidit, quod inscribitur: „das Gewissen, die Entwickelung seiner Namen und seines Begriffes. Erster Theil. Halle, 1878."

Merito Jahnelium oppugnat dicens (p. 191): „So dürfte auch der Beweis abschlieszend erbracht „sein, dasz Begriff und Name des Gewissens bei „den führenden Völkern nicht auf dem Wege wis- „senschaftlicher Untersuchung hervorgebracht, son- „dern jenseit der schulmäszigen Schriftstellerei im „Munde des Volkes geboren ist, und von hieraus „erst die Aufmerksamkeit jener Kreise theilweise „für sich gewonnen hat .... Es ist nicht erfunden „sondern gefunden [1])."

Optime quamquam Kähler totam hanc quaestionem tractat, nonnulla tamen in disputatione eius parum sunt perspicua atque dilucida [2]). Propterea quod nunquam de conscientiae notione, qualis fuerit apud Romanos, satis copiose actum est, mihi hanc tractare est propositum. Ut nec apud Graecos quisquam, quod sciam, de conscientiae notione egit, sic nec Romani, quorum ingenium ab antiquis temporibus abhorrebat a philosophia, rei militari vero, rei publicae bene constituendae, iuri civili, virtutibus

---

1) cf. Dr. W. Geesink, de Ethiek in de Geref. Theologie, Amsterdam 1897, p. 19: „Deze leer van de wet der natuur vindt men „ook in de oude philosophie en is daar afkomstig van de Stoa. Zij heeft „aanleiding gegeven tot de leer van het „geweten", wel eens genoemd „ „de ontdekking der Stoa", *een wat sterke uitdrukking*, *waarbij vooral* „*niet te vergeten is*, *dat de mensch niet anders ontdekt*, *dan wat reeds* „*bestaat*".

2) cf. Dr. Max Heinze, Burs. Jahresber. Band 21: „Eine wenig über- „sichtlich und wenig klar geschriebene, aber auf genauen Studien beru- „hende Arbeit".

domesticis excolendis operam dabat, in notionem conscientiae inquisiverunt. Nec Stoici, quamvis multa, quae notioni conscientiae proxima sunt, attingunt, ipsam notionem, qualis cursu temporum progressa sit, tractant.

Igitur, si inquirere nobis in animo est, quae sit origo verbi atque notionis conscientiae, quomodo paulatim vis eius vocis accreverit, atque notio conscientiae se evolverit, ipsos scriptores latinos indagemus atque praecipuos locos omnes perlegamus perpendamusque necesse est.

Primo igitur loci praecipui enumerantur, ubi voces quae sunt *conscius* atque *conscientia* leguntur, omnium scriptorum scilicet, qui ab initio rei publicae usque ad finem saeculi secundi p. C. n. scriptum aliquod reliquerunt.

Deinde inquiritur in conscientiam, quae spectet ad religionem, atque ostenditur deorum cultum, quia nimis in specie versaretur, impedivisse, quominus notio conscientiae se evolveret.

Denique agitur de conscientia, quae in vita moribusque Romanorum eluceat, indicaturque, quid philosophia in conscientiae doctrina evolvenda praestiterit.

Priusquam vero hunc ordinem sequamur, paucis verbis, quid sit id, de quo disputemus, disseramus. Iam Cicero dicit, de Off. 1, 7:

„Omnis enim, quae a ratione suscipitur de aliqua „re, institutio, debet a definitione proficisci, ut intel„legatur, quid sit id, de quo disputetur."

Praesertim in definienda notione conscientiae alii viri docti alio modo iudicaverunt.

Conscientia ad vitam moralem pertinet. Ut omnes homines in cogitando certis legibus obtemperant, sic in vita morali certas leges moresque sequuntur, discernuntque, quid sit bonum, quid malum [1]).

Nulla gens unquam adeo ab humanitate abhorruit, quin intra leges quasdam se contineret. Quam ob rem Paulus Apostolus dicit, Ep. ad Rom. 2, 14: *ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῶσι, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος, κ. τ. λ.*

Paulus legi sacrae, in Sacra Scriptura traditae, legem naturalem opposuit, quae defectione obscurata scintillas tantum prioris luminis innati ostendit.

Quaedam iustitiae semina, ut Calvinus dicit, ingeniis hominum sunt indita; „qualia sunt, quod religiones „instituunt, omnes peraeque gentes adulterium legibus „plectunt et furtum et homicidium: bonam fidem „in commerciis de contractibus commendant." (Calv. Op. XIL pag. 37 [2]).

---

1) cf. Lambert. Danaeus, Ethices Christianae libri tres, Genevae 1588, p. 68*b*: „.... sic ad actiones honestas reliquit idem Deus quoddam „conscientiae lumen et generale testimonium, tamquam honesti et inhonesti „*κριτήριον* (quam vulgo *Συντήρησιν* vocant) quod et ipsius Legi caelesti per „Mosem promulgatae plane (?) concordans atque consentiens, per hoc tam„quam divinum quendam oculum, et naturae ipsius testificationem, rerum „honestarum summa et generalia quaedam praecepta atque principia vide„mus sentimus et agnoscimus esse sequenda, contrariaque fugienda".

cf. praeterea Zeller, Ueber Begriff und Begründung der sittl. Gesetze (Abhandl. der Berl. Akad. 1882, II): „Die logischen Gesetze sagen aus „dasz kein anderes Verfahren, als das, welches sie vorschrieben richtig „sei. Die aesthetischen Gesetze läugnen, dasz solches, was, zu verbieten ist, „schön sei. Das Sittengesetz ist ein Gesetz für den Willen".

2) cf. Leist, Graec. Ital. Rechtsgeschichte, p. 653: „Wir haben also „als die gemeinsam arischen drei Stammgebote, die drei Vorschriften ge„wonnen, du sollst den Göttern, du sollst Vater und Mutter, du sollst „dem Vaterlande gehorsam sein".

Deos esse vel vim aliquam divinam, quae has notiones boni ac mali hominibus imprimeret, iam antiqui penitus intellexerunt, quam ob rem neglegere leges iis magnum in Deos peccatum videbatur [1]).

Deus est, qui eos impellit, ut et cogitationes et verba et facta voluntati Dei, quatenus ea iis nota est, iudicanda subiciant [2]).

Ut apud Cassiodorum legimus, Variar. lib. IV p. 144 (ed. 1656. Genevae):
„Conscientiam probamus, cui iudicanda committimus."

In iudicio tria discernuntur, scil. lex, testis, iudex. Conscientia est actio mentis, quod ex ipsa ratione nominis patet, qua cogimur, omnia quae facimus, quae loquimur, quae cogitamus voluntati Dei, quatenus ea nobis nota est, iudicanda subicere.

Quod Amesius (De conscientia et eius iure vel casibus. p. 1) his verbis dicit: „Conscientia humana „iudicium hominis de semet ipso, prout subicitur „iudicio Dei [3])."

---

1) cf. Leist, o. l. p. 527: „Die Ueberzeugung, dasz die Gebote der Sittlichkeit Gebote der Götter seien, ist ein Grundgedanke des heidnischen Alterthums gewesen". cf. praeterea Mommsen, „Röm. Gesch." I, 18: „Wohl „liegt der tief sittliche Zug des Menschen, irdische Schuld und Strafe auf „die Götterwelt zu beziehen, ... im innersten Wesen auch der lateini„schen Religion".

2) cf. Wissowa, Religion und Kultus der Römer, p. 23: „Dem Be„dürfnisse, im Nächtstliegenden und Alltäglichen das göttliche Walten zu „erkennen und sich mit ihm in Einklang zu setzen".

3) cf. Dr. A. Kuyper, E Voto, III, p. 498: „De consciëntie is niet „anders dan een actie of werking van ons bewustzijn, toegepast op een „bepaalde daad of een bepaald feit, dat zedelijke keur vroeg".

cf. praeterea Dr. H. Bavinck, Psychol. p. 112: „Nog nader bepaald „is 't geweten in 't practische verstand, geen bizonder vermogen noch ook „een aangeboren hebbelijkheid, maar een werkzaamheid of daad, waardoor „we onze kennis der zedewet in een bepaald geval toepassen op onzen „toestand of handeling en deze daarnaar beoordeelen".

CAPUT I.

Quo enumerantur loci praecipui, quibus voces „conscire" „conscius" „conscientia" reperiuntur.

Ex omnibus scriptoribus Romanis, qui usque ad saeculum tertium p. C. n. vixerunt, omnes locos afferam, quibus vox, quae est conscientia, reperitur. In enumerandis locis omnes scriptores secundum eorum aetatem laudabo atque rationem significationis habebo, quatenus id fieri potest, cum ambiguitas vocis conscientiae in statuenda significatione saepius magnam difficultatem praebeat [1]).

Ex locis vero, quibus vox „conscius" reperitur [2]) eos tantum afferam, quos argumento alicuius momenti esse putavi.

Verbum, quod est conscire, apud antiquos scriptores uno tantum loco legitur, scil. ap. Horatium. Ep. I. I. 61:

Hic murus aeneus esto:

---

1) Iam diu omnes locos collegeram, cum Thesauri linguae Latinae ea pars prelum reliquit, in qua vox conscientiae tractatur. Multis autem numeris tam in enumerandis locis quam in distinguenda indicandaque significatione vocis conscientiae a Thesauro discrepo, id quod unicuique bene legenti perspicuum erit.

2) Conscius dicitur is 1⁰. qui cum alio scit; 2⁰. qui secum scit, sibi conscius est; 3⁰. qui bene scit.

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

(quae verba immerito nonnullis editoribus sunt spuria).

„Conscius" quinque locis apud Plautum legitur:

Aul. Prol. 38.

Anum foras extrudit, ne sit conscia.

Cist. 590.

Fac me consciam.

Truc. 60.

Quos, quum celamus, si faximus conscios.

Rud. 926.

Aurum hic inesse reor, nec mihi conscius est ullus homo.

Most. 544.

Nihil est miserius, quam animus hominis conscius.

Terentius quinquies voce „conscius" utitur:

Heaut. Tim. 121.

Ubi comperi ex iis, qui ei fuere conscii.

Phormio. 156.

Qui tam audacis facinoris mihi conscius sis.

Hec. 392.

Parturire eam nec gravidam esse ex te, solus consciu's.

Ad. 348.

Postremo, quando ego conscia mihi sum a me culpam esse hanc procul.

Eun. 199.

Egopol, quae mihi sum conscia, hoc certo scio
Neque me finxisse falsi . . . .

Luc. 479.

Num vetus ille Cato <illa> lacessisse ad scelera,
inquit, conscius non erat ipse sibi?

Luc. 1344.

Dum mimi conscius.

Lucr. 3. 1018.

Quae tamen etsi absunt, at mens sibi conscia factis.
Praemetuens adhibet stimulos, torquetque flagellis.

4. 1135.

At quum conscius ipse animus se forte remordet.

6. 393.

Et potius nulla sibi turpi conscius in re
Volvitur in flammis innoxius.

Cat. 65. 24.

Huic manat tristi conscius ore rubor.
(= schuldbewust; translatio poetica [1]).

Verg. Aen. 1, 603, 604.

Di tibi, si qua pios respectant numina, siquid
Usquam iustitia est et mens sibi conscia recti.
(rechtsbewustzijn).

Aen. 2. 141.

Quod te per superos et conscia numina veri
Per, si qua est, quae restat adhuc mortalibus usquam
Intemerata fides, oro, miserere laborum.

Aen. 2. 99.

Quaere conscius arma.

Ov. Epist. Her. 21, 47.

---

1) Bährens huic loco adnotat: translatione, poetis concessa, rubor, qui ex mala conscientia profluit, dicitur conscius.

Iam pudet et timeo, quamvis mihi conscia non sim
Offensos videar, ne meruisse Deos.

Am. 2. 5. 34.

Conscia purpureus venit in ora pudor (cf. Cat. 65. 24).

Am. 2. 7. 11.

Atque ego peccati vellem mihi conscius essem.

Met. 2. 593.

Sed conscia culpae
Conspectum lucemque fugit...

Met. 10. 367.

Demisit vultus sceleris sibi conscia virgo
Quae sine teste gerit.

Fast. 1. 485.

Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spemque metumque suo.
(= al naarmate ieder's geweten is).

Fast. 4. 311.

Conscia mens recti famae mendacia risit.
(= een goed geweten).

Cic. Verr. 4. 124.

Temeritati et mendacio meo conscios.

Sest. 99.

Peccatorum suorum conscii novos motus .... quaerant.

Cael. 52.

Huic facinori tanto tua mens liberalis conscia .... esse non debuit.

de off. 3. 73.

Cum sibi .... nullius essent conscii culpae.

Sall. Bell. Cat. 14.

Postremo omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat.

Luc. Phars. 7. 784.

Et quantum poenae misero mens conscia donat.

Juven. 13. 192—195.

Cur tamen hos tu
Evasisse putes, quos dira conscia facti
Mens habet attonitos et surdo verbere caedit
Occultum quatiente animo tortore flagellum.

Fronto p. 182. 15 N.

Cui rei mihimet ipse conscius sum, ceteros quoque omnes iuxta mecum scire velim.

Conscientia.

I Communis scientia.

Caes. de B. Al. 63.

Nam de huius conscientia dubitabatur.

Cic. Verr. 3. 177.

Obligentur — communi inter se conscientia.

Verr. 5. 155.

Quoniam priore actione .... conscientia tua atque auctoritate meorum testium testem nullum interrogasti.

Verr. 6. 183.

Illos persequi, ad quos conscientiae contagio pertinebit.

Cluent. 56.

Consilia conscientiasque eiusmodi facinorum.

Cluent. 81.

Fabriciis propter conscientiam mei sceleris condemnatis.

Rab. Post. 11.

Occultat eadem tabella libidinem, cuius conscientiam nihil est, quod quisquam timeat, si non pertimescat suam.

Flac. 38.

Vestram conscientiam inplorarem.

Cael. 32.

Qui non modo a facti, verum etiam a conscientiae suspicione afuit.

Cael. 52.

Eodem se conscientiae scelere devinxit.

de fin. 1. 51.

Contra conscientiam hominum saepti.

Auct. Her. 2. 31.

Et nos industriae fructus ex tua conscientia capiemus.

Liv. 2. 54.

Consilia .... in privato seductaque a plurium conscientia.

Plinius. Nat. H. 28. 22.

Libet hanc partem singulorum quoque conscientia coarguere.

Tac. Hist. 1. 25.

In conscientiam facinoris pauci adsciti.

Hist. 1. 27.

Alii conscientia .... animum .... sumpturi.

Hist. 1. 28.

Praebuit .... suspicionem conscientiae.

Hist. 1. 42.

Seu conscientiam coniurationis confessus est.

Hist. 4. 25.

Quin idem ille arguebat ultro conscientiam ducis.

Hist. 4. 55.

Ubi, quos idoneos rebantur, conscientia obstrinxere.

Ann. 2. 40.

Hortatur, simulata conscientia adeant.

Ann. 2. 68.

Unde maior fides conscientia sceleris et metu indicii mortem Voconii inlatum.

Ann. 2. 77.

Est tibi Augustae conscientia.

Ann. 3. 10.

Contra Tiberium spernendis rumoribus validum et conscientiae matris innexum esse.

Ann. 4. 3.

Sumitur in conscientiam Eudemus.

Ann. 4. 19.

Conscientia belli Sacrovir diu dissimulatus.

Ann. 6. 21.

Liberti unius conscientia utebatur.

Ann. 12. 67.

Provisam iam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet.

Ann. 13. 12.

Simul adsumptis in conscientiam M. Othone et Claudio Sen.

Ann. 15. 60.

Nec tribuno obiciens eandem conscientiam.

Agr. 2.

Illo igne conscientiam generis humani abolere arbitrabantur.

Sen. Ben. 3. 10.

Maxima beneficia .... saepe intra tacitam duorum conscientiam latent.

Ben. 3. 17.

Urit illum .... intercepti beneficii conscientia.

Dial. 9. 7.

Quorum conscientiam minus quam tuam timeas.

Ep. 3. 4.

Quidam etiam carissimorum conscientiam reformidant.

Quintil. Decl. 307.

Conscius veneno proditor conscientiae sit actio — proditor torqueatur, donec conscios indicet — reus est conscientiae .... Nullum signum conscientiae putemus .... non temere debet indicasse tantae rei conscientiam.

Decl. 314.

Licet nulla cuiusquam mortalium conscientia intervenerit.

Decl. 325.

Scrutamur conscientiam eius, qui adversarius est.

Decl. Mai. 1. 7.

Cur enim socium conscientiae quaerat?

Decl. Mai. 2. 41.

Mulier, quae se dicebat in conscientiam sceleris admissam.

Decl. Mai. 2. 12.

Temptatam se in parricidii conscientia mulier adfirmat.

Decl. Mai. 18. 7.

Da, ut sit haec inter matrem ac filium conscientia.

Decl. Mai. 7. 9.

Tibi servus a conscientia sceleris summovendus fuit.

Apul. met. 10. 22.

Vitata lucis conscientia facessit mulier.

Ps. Apul. Ascl. 1.

Tractatum multorum conscientia publicare.

Tertull. de Or. 22 (Corp. Scr. Eccl. Lat. XX. 1).

Interest nostra, quod dei gratia exerceatur, solius dei conscientiae commendare.

ad Uxor. 2. 5.

Quod gentiles nostra noverunt, quod sub conscientia iniustorum sumus.

de Idol. 11.

Nam, quod mihi de stupro interdictum sit, aliis ad eam rem nihil aut operae aut conscientiae exhibeo.

de Idol. 13.

Et contra conscientiam alterius agis.

de Poenit. 10.

Adeone existimatio hominum et Dei conscientia comparatur.

de Cultu fem. 5.

Cum autem scriptura utrumque mandet et sine alterius conscientia et sine nostra pressura operari Domino; nihil interest, in qua parte delinquas aut in conscientiam mariti . . . .

adv. Marc. 4. 43.

Etiam dissimulans de conscientia rei gestae.

ad. Nat. 1. 15.

Sed nullae . . . . leges tam impune tam secure sub omnium conscientia . . . . eduntur.

ad. Nat. 1. 16.

Incerta vestra tota caeli conscientia fruuntur.

de An. 18.

(Res, quae) absint longe a communi conscientia.

II Conscientia = scientia, memoria, cognitio.

(cui significatio moralis deest).

Cic. ad. Q. Fr. 2. 14. 2.

Mea conscientia copiarum nostrarum.

Liv. 8. 4.

Nisi a conscientia virium.

Liv. 3. 60.

Ubi illi ex conscientia, quid abesset virium. (sequitur enuntiatum).

Plin. Nat. H. 33. 12.

Ut in somno quoque unionum conscientia adsit.

Nat. H. 37. 49.

In sucinis sola deliciarum conscientia placet.

Tac. Hist. 1. 5.

Set quamvis capite defectionis ablato manebat plerisque militum conscientia, nec deerant sermones senium atque avaritiam Galbae increpantium.

Flor. 2. 12.

Nemo regum diutius amissae fortunae conscientiam retinuit.

Val. Max. 2. 3.

Civis alioqui magnificus sed novitatis suae conscientia vetustati non propitius.

Quintil. Decl. Mai. 6. 16.

In tam bona caecitatis conscientia.

Decl. Mai. 8. 7.

Si me hercules fas est aestimare, utri plus parenti debeatur ex liberis non improbe totam potestatem sibi vindicabit adfectus, qui decem mensibus ante vestram incipit diligere notitiam et, cum vos patres gaudium primum faciat oculorum, ante sunt conscientia matres.

Decl. Mai. 9. 7.

Et mihi cum generis conscientia.

Decl. Mai. 17. 11.

Totumque, quod faciunt, de conscientia possidentis accipiunt.

Tertull. Apol. 29.

Si denique, quod in vestra conscientia est, mortui vivos tuentur.

Apol. 34.

Quia verae religionis homines etiam sollemnia eorum conscientia potius quam lascivia celebrant.

Apol. 39.

Corpus sumus de conscientia religionis et disciplinae unitate. (door het bewustzijn van den godsdienst, die ons tezamen bindt.)

Tert. adv. Marc. 2. 26.

Quid velles, faceret, si alius deus non erat in conscientia eius

de Spectac. 3.

Hac conscientia instructi.

ad. Nat. 2. 9.

Conscientia deformitatis.

de Test. an. 6.

Mors ubique et conscientia mortis ubique et testimonium.

de An. 41.

Conscientia dei in testimonium prodit „deus bonus'' et „deus videt'' et „deo commendo.''

III Conscientia i. q. bewustzijn (*de prave factis*) *adic. gen. cas. vel adiect. vel enuntiatum.*

Caes. d. B. G. 5. 56.

Altera ex parte Carnutes Senonesque conscientia sceleris *instigari.*

Hirt. d. B. G. 8. 38.

Quod praecipue eos propter conscientiam facti *timere* animadvertebat.

B. Afr. 28.

Propter conscientiam peccatorum.

Sall. B. Cat. 5.

Agitabatur .... conscientia scelerum.

B. Cat. 35.

Satisfactionem ex nulla conscientia *de* culpa proponere decrevi [1]).

B. Iug. 27. 3.

Sed ubi senatus delicti conscientia timet.

Hist. fr. 1. 77.

Scelerum conscientia *exagitati.*

Hist. fr. 2. 87.

Sed conscientia noxarum *metuere.*

Verr. 2. 189.

Illum metu conscientiaque peccati *mutum* atque *exanimatum* ac vix *vivum* relinquo.

---

1) cf. Cic. Att. 2. 24: „His *de* rebus conscium esse Pisonem''.

Verr. 3. 130.

Cum eius animum conscientia sceleris . . . . *refrenaret.*

Verr. 5. 73.

Conscientia sceleris *excitatus.*

Cic. Cluent. 38.

Recentis maleficii conscientia.

Cluent. 56.

Voluit cognoscere, an etiam consilia conscientiasque eius modi facinorum supplicio dignas iudicarent.

Cat. 1. 17.

Cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium iustum.

pro domo 95.

Peccatine conscientia me profugisse?

Pis. 39.

Conscientia oppressus scelerum.

Pis. 43.

Infrenatum conscientia scelerum.

pro. Mil. 64.

Quae quemvis mediocrium delictorum conscientia perculissent.

Phil. 2. 88.

Quae propter conscientiam scelerum desperatio vitae.

Phil. 5. 15.

Conscientia maleficiorum.

Parad. 4.

Alius est *dominus* exortus ex conscientia peccatorum, *timor.*

Parad. 18.

Te conscientiae stimulant maleficiorum meorum.

de fin. 51.

Quae autem tanta ex improbis factis ad minuendas vitae molestias accessio fieri potest, quanta ad augendas cum conscientia factorum tum poena legum odioque civium.

Rhet. Her. 2. 5.

Non conscientia peccati se *commotum* esse dicet.

Liv. 3. 2.

Aequos conscientia contracti culpa periculi *ultima audere cogebat.*

Liv. 3. 69.

Tertio die, cum ira Romanos, illos, cum totiens rebellassent, conscientia culpae ac desperatio inritaret . . . .

Liv. 4. 17.

Conscientia tanti sceleris.

Liv. 21. 63.

Nunc conscientia spretorum et Capitolium et sollemnem votorum nuncupationem fugisse.

Liv. 23. 15.

Conscientia temptatae defectionis . . . . *stimulabat.*

Liv. 28. 19.

Quasdam civitatis propter conscientiam culpae metu magis quam fide quietas esse apparebat.

Liv. 28. 19.

Conscientia, quid se *meritos* scirent.

Liv. 28. 19.

Ex conscientia culpae metus.

Liv. 28. 22.
Oppidani conscientia scelerum facinus in se . . . . ferum consciscunt.

Liv. 31. 31.
Plures sibimet ipsi conscientia scelerum mortem consciverunt.

Liv. 35. 12.
Conscientia violatae . . . . amicitiae.

Liv. 45. 26.
Hi conscientia privatae noxae . . . . clauserunt portas.

Tac. Hist. 4. 41.
Quis flagitii conscientia inerat.

Hist. 4. 56.
Conscientia scelerum.

Hist. 4. 72.
Stabant conscientia flagitii *maestae, fixis in terram oculis.*

Ann. 12. 31.
Conscientia rebellionis.

Ann. 13. 21.
. . . . Ideo aut mihi infamia parricidii aut Caesari conscientia subeunda est.

Ann. 14. 63.
Conscientia libidinum.

Agr. 16.
Quos conscientia defectionis . . . . agitabat.

Agr. 39.
Inerat conscientia, derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum.

Agr. 42.

Salarium .... non dedit .... sive ex conscientia, ne, quod vetuerat, videretur emisse.

Vell. Pat. 2. 91.

Cum esset omni flagitiorum scelerumque conscientia *mersus*.

Sen. Suas. 7. 1.

Conscientia prosperae turpitudinis.

de form. hon. 416.

Nam *timidum* non facit animum nisi reprehensibilis vitae conscientia.

Val. Max. 6. 1.

Nec sustinuit eius rei conscientiam Laetorius, sed se ipse ante iudicii tempus fuga prius subtraxit, deinde etiam morte punivit.

Quintil. Decl. mai. 4. 9.

Quos sceleris conscientia .... in *suprema compelleret*.

Apul. met. 3. 3.

Et ipse conscientia tanti facinoris merito permotus statim profugit.

IV. Conscientia i. q. bewustzijn (de bene factis) adic. gen. cas. vel enuntiatum vel pron. dem.

Cic. Phil. 1. 9.

Erectus maximi ac pulcherrimi facti sui conscientia.

Phil. 2. 114.

Etsi enim satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat.

Rep. 6. 8.

Sed quamquam sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis est praemium.

de Nat. Deor. 3. 85.

Nisi et virtutis et vitiorum sine ulla divina ratione grave ipsius conscientiae pondus esset; qua sublata iacent omnia.

Cat. d. Sen. 9.

Conscientia bene actae vitae.

Att. 10. 4.

Praeclara conscientia sustentor, cum cogito, me de republica aut meruisse optime.

Att. 10. 5.

Hac igitur conscientia comite proficiscar.

Att. 14. 11.

Verum illis magna consolatio conscientia maximi et clarissimi facti.

Att. 14. 12.

Qui quidem semper erunt clari conscientia vero facti sui etiam beati.

Ep. ad fam. 3. 7.

Fretus conscientia officii mei.

Ep. ad fam. 3. 9.

Conscientia meae constantis erga te voluntatis.

Ep. ad fam. 4. 3.

Me quidem tamen multa iam consolantur maximeque conscientia consiliorum meorum.

Ep. ad fam. 5. 7.

Nulla enim re tam laetari soleo quam meorum officiorum conscientia.

Ep. ad fam. 5. 21.
Conscientia etiam consiliorum meorum.

Ep. ad fam. 6. 1.
Qui optimorum consiliorum conscientia se sustentare possit.

Ep. ad fam. 6. 4.
Conscientiam rectae voluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum.

Ep. ad. fam. 6. 6.
Disputarem etiam, quanto solacio tibi conscientia tui facti.

Ep. ad fam. 6. 10.
Quamque te vehementer consolaretur conscientia factorum et consiliorum tuorum.

Ep. ad. fam. 6. 13.
Conscientia factorum et consiliorum.

Ep. ad fam. 9. 16.
Ita fit, ut et consiliorum superiorum conscientia.... me consoler.

Brut. 250.
Consoletur se cum conscientia optumae mentis.

Liv. 29 33.
Ibi, cum conscientia egregia saepe repetiti regni paterni.

Plin. Nat. 7. 31.
Regiae fortunae praelata litterarum conscientia.

Plin. Paneg. 6. 7.
Sed ingenti conscientia Caesar pacisceris cum diis, ut te, si mereberis, servent.

Tac. Agr. 27.
Victoriae conscientia .... ferox exercitus.

Vell. Pat. 2. 62.

Plurimum sibi honoris esse in conscientia facti sui.

Phaedr. 2. epil. 11.

Non livor eripiet laudis conscientiam.

Sen. Ben. 3. 17.

Urit illum et angit intercepti beneficii conscientia.

Ben. 4. 11.

Nos iuvat sterilis beneficii conscientia.

Ben. 6. 42.

Et ex conscientia veri amoris dimissa omnis anxietas.

Ep. 59.

Hoc gaudium non nascitur, nisi ex virtutum conscientia.

Ep. 81.

Rem .... inaestimabilem consecutus es, conscientiam grati.

Val. Max. 3. 7.

Fiduciam conscientia illa dedit, qua meminerat, omnes leges a se esse servatas.

Val. Max. 8. 1.

Virgo Vestalis, quae conscientia certa sinceritatis suae.

Quintil. Inst. Or. 12. 5.

Imbecilla frons magna conscientia sustinetur.

Decl. 352.

In conscientia maximi meriti.

Decl. 355.

Videbant futurum, ut optima conscientia rationum omisisse potius matrimonii vindictam.

Decl. Mai. 9. 17.

Magna conscientia est felicitatem meruisse.

Decl. Mai. 16. 1.

Universam pietatis meae conscientiam intueor.

Aur. Fronto p. 71. 12 N.

Conscientia curae diligentis et temperantiae medicis obsequentis.

Apul. met. 10. 5.

Non parricidii conscientia.

Apul. mund. 25.

Qui sit .... conscientiae celsioris.

Tert. de Idol. 11.

Ipsius fidei conscientiam perrogemus.

d. Cultu fem. 2. 1.

Feminae nationum, a quibus abest conscientia verae pudicitiae.

adv. Val. 3.

Sed qui ex aliqua conscientia venerit fidei.

ad Nat. 1. 1.

Quod adeo amplius iustitiae conscientia cumulabitur.

V. Conscientia, cui adic. gen. „animi" vel „mentis" vel „animae" plerumque i. q. „geweten".

Caes. de B. Civ. 60.

Idque ita esse cum ex aliorum obiectationibus, tum etiam ex domestico iudicio atque animi conscientia intellegebant.

de B. Al. 31.

Ex ipsorum inertia conscientiaque animi victoriae fiducia.

Publ. Syr. C. 16. (100)

Conscientia animi nullas invenit linguae preces.

Publ. Syr. H. 25. (227).

Heu conscientia animi gravis est servitus.

Publ. Syr. O. 8. (443).

O tacitum tormentum animi conscientia.

Publ. Syr. E. 21. (683).

Sine lege poena est animi conscientia.

Cic. Rosc. Am. 67.

Nolite enim putare, eos, qui aliquid commiserint, agitari et perterreri taedis ardentibus Furiarum; suae quemque malae cogitationes conscientiaeque animi terrent; hae sunt domesticae Furiae.

Cluent. 15. 9.

Est sapientis iudicis .... maximi aestimare conscientiam mentis suae, quam ab dis immortalibus accepimus, quae a nobis divelli non potest; quae si optimorum consiliorum atque factorum .... testis in omni vita nobis erit, sine ullo metu et summa cum honestate vivemus.

Parad. 4. 29.

Si mihi eripuisses divinam animi conscientiam.

de fin. 2. 53.

Cum animi conscientia improbos excruciari tum etiam poenae timore.

de fin. 2. 54.

Sed primum, qui animi conscientiam non curet, quam scilicet comprimere nihil est negotii.

Att. 13. 49.

Ait illum me animi conscientia, quod Phaneam destituissem, de se suspicari.

Phaedr. 3 prol. 47.

Stulte nudabit animi conscientiam.

Hyg. astr. 2. 4.

Interfectores .... animi conscientia permoti.

Tert. de test. an. 5.

Quod, cum ita sit, non multum refert, a deo formata sit, animae conscientia an litteris dei.

VI. Conscientia i.q. „schuldbewustzijn" aut „geweten" aut „goed geweten"
inter quas significationes saepius ambigitur.

Caes. B. Al. 48.

Quod vel ex conscientia sua, quum de se mutuo sentire provinciam crederet, animadvertere poterat.

Sall. B. Cat. 15. 4.

Ita conscientia mentem excitam vexabat.

B. Iug. 32. 5.

Timido et ex conscientia diffidenti rebus suis.

B. Iug. 35. 4.

Quod eorum alium conscientia alium mala fama et timor impediebat.

B. Iug. 85. 26.

Ne quis modestiam in conscientiam duceret.

Publ. Syr. C. 33.

Cicatrix conscientiae pro vulnere est.

Cic. Verr. 5. 74.

Conscientia timidum faciebat, id quod fieri solet.

Q. Rosc. 46.

Nam, qui semel a veritate deflexit, hic non

maiore religione ad periurium quam ad mendacium perduci consuevit.

Quis enim deprecatione deorum non conscientiae fide commovetur?

Cluent. 25.

Fugam et sceleris et conscientiae testem.

Cluent. 187.

Timuit mulier amens non suam conscientiam.

Cat. 2. 13.

Cum ille . . . . conscientia convictus primo reticuisset.

Cat. 3. 10.

Cethegus debilitatus atque abiectus conscientia repente conticuit.

Cat. 3. 11.

Quanta conscientiae vis esset ostendit, nam, cum id posset infitiari, confessus est.

Cat. 3. 27.

Magna est vis conscientiae, quam, qui neglegunt, ipsi se indicabunt.

Piso. 95.

Non in eo, cui facta est iniuria, sed in eis, qui iniuriam fecerunt, sceleris et conscientiae poena remansit.

Rab. Post. 11.

Cuius conscientia nihil est, quod quisquam timeat, si non pertimescat suam.

pro Mil. 61.

Magna est vis conscientiae, iudices, et magna in utramque partem: ut neque timeant, qui nihil commiserint, et poenam semper ante oculos versari putent, qui peccarint.

pro Mil. 83.

In gravi fortuna conscientia sua niteretur.

de leg. 1. 40.

Itaque poenas luunt, non tam iudiciis, quam ut eos agitent insectenturque furiae non ardentibus taedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiae fraudisque cruciatu.

de leg. 2. 43.

Ardentis tum cupiditate, tum metu, tum conscientia.

de fin. 2, 28.

In magnis interdum versatur angustiis, ut hominum conscientia remota; nihil tam turpe sit, quod non videatur esse facturus voluptatis causa.

de fin. 2. 71.

Ita pro vera certaque iustitia simulationem nobis iustitiae traditis praecipitisque quodammodo, ut nostram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur.

Tusc. disp. 2. 64.

Nullum theatrum virtuti conscientia maius est.

Tusc. disp. 4. 45.

Impunitas enim peccatorum data videtur iis, qui ignominiam et infamiam ferunt sine dolore; morderi est melius conscientia. Ex quo est illud e vita ductum ab Afranio; nam quum dissolutus filius: heú me miserum! tum severus pater: dùmmodo doleat aliquid, doleat quidlibet.

de Nat. Deor. 3. 85.

Invita in hoc loco versatur oratio; videtur enim auctoritatem afferre peccati; et recte videretur, nisi et virtutis et vitiorum sine ulla divina ratione

grave ipsius conscientiae pondus esset, qua sublata iacent omnia.

De off. 3. 85.

Hunc tu, quas conscientiae labes in animo censes habuisse, quae vulnera!

Att. 12. 28.

Mea mihi conscientia pluris est quam omnium sermo.

Att. 15. 11.

Nihil me in illo itinere praeter conscientiam delectavit.

Ep. ad. fam. 10. 4.

Omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentiae plena, quae summa est, videntur quam fidelitatis, quam ego ex mea conscientia metior.

Rhet. Her. 2. 5.

Accusator dicet, si poterit adversarium, quum ad eum ventum sit, erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse, cecidisse, pollicitum esse aliquid, quae signa conscientiae sunt.

Rhet. Her. 2. 31.

Et nos industriae fructus ex tua conscientia capiemus.

Liv. 5. 25.

Enimvero illud suam conscientiam non pati, quod ex tanta praeda decima designetur.

Liv. 9. 26.

Itaque sive timor seu conscientiae vis . . . .

Liv. 10. 18.

Appium ex conscientia sua credo animum habuisse.

Liv. 23. 7.

Nec quo timorem aliquem ex conscientia significare posset, privato se tenuit.

Liv. 26. 33.

Paucos superesse, quos nec sua conscientia, ut quicquam de se gravius consulerent, impulerit.

Liv. 29. 36.

Postea conscientia sibimet ipsi exsilium consciscentes.

Liv. 33. 28.

Zeuxippus perfugit Tanagram, suam magis conscientiam quam iudicium hominum nullius consciorum metuens . . . .

Liv. 33. 28.

conscientia ictus . . . . aperit.

Hor. Epod. 5. 29.

Abacta nulla Veia conscientia
Ligonibus duris humum
Exhauriebat ingemens laboribus.

Plin. Nat. 29. 33.

Salamandrae . . . . perire conscientia dicuntur homine percusso.

Plin. Ep. 1. 5.

Nunc ergo conscientia exterritus adprehendit Caecilium Celerem.

Ep. 1. 8.

Quanto maiore animo honestatis fructus in conscientia quam in fama reponatur.

Ep. 1. 22.

Magnitudo animi, quae omnia ad conscientiam refert.

Ep. 2. 11.

Tunc enim, casu an conscientia afuerat.

Ep. 3. 20.

Nam quotocuique eadem honestatis cura secreto, quae palam? Multi famam, pauci conscientiam verentur.

Ep. 5. 1.

Tuli fructum non conscientiae modo verum etiam famae.

Paneg. 44.

Nec benefactis tantum ex conscientia merces.

Tac. Hist. 3. 10.

Id ipsum apud infensos incitamentum erat, tamquam nimius pavor conscientiam argueret.

Ann. 1. 39.

Pavidos et conscientia vecordes intrat metus.

Ann. 1. 57.

Sed iuvenis conscientia cunctabatur.

Ann. 4. 12.

Igitur contumaciam eius insectari vetus Augustae odium, recentem Liviae conscientiam exagitare.

Ann. 6. 4.

Metum prorsus et noxiam conscientiae (am?) pro foedere haberi.

Ann. 6. 26.

Quod ut Tiberio cognitum, adsidere, requirere causas, addere preces, fateri postremo grave conscientiae, grave famae suae, si proximus amicorum vitam fugeret.

Ann. 14. 10.

Et luisse eam poenas conscientia, quasi (quae?) scelus paravisset.

Vell. Pat. 2. 14.

Effudit vocem convenientissimam conscientiae suae.

Vell. Pat. 2. 115.

Semperque visum est gloriosum, quod esset tutissimum — et ante conscientiae quam famae consultum.

Sen. Clem. 1. 9.

Et cum defixum videret nec ex conventione iam sed ex conscientia tacentem.

Clem. 1. 13.

Suam conscientiam plenam sceleribus ac tormentis adaperuit.

Ben. 2. 25.

Si, quemadmodum debemus, affecti sumus, conscientia eminebit in voltu.

Ben. 2. 33.

Triplex fructus est operis sui, unus conscientiae, hunc absoluto opere percipit, alter famae, tertius utilitatis.

Ben. 4. 21.

Dicitur gratus, qui bono animo accepit beneficium; bono debet. Hic intra conscientiam clusus est.

Ben. 4. 21.

Hic, quid aliud sequitur, quam ipsam conscientiam? quae etiam obruta delectat.

Ben. 4. 34.

Si promiseris, inquit, te daturum beneficium, et postea ingratum esse scieris, dabis, annon? si facis, sciens peccas: das enim, cui non debes; si negas et hoc modo peccas: quia non das ei, cui promisisti. Conscientia vestra hoc loco *titu-*

bat et illud superbum promissum, nunquam sapientem facti sui paenitere, nec unquam emendare quod fecerit, nec mutare consilium.

Ben. 6. 42.

Male agit, qui famae, non conscientiae gratus est. Duos istius rei iudices habes: illum, quem potes fallere et te quem non potes.

Ben. 7. 1.

Et conscientiam suam dis aperuit .... se magis veritus quam alios.

Dial. 3. 14.

Respiciens testem, non conscientiam.

Dial. 7. 20.

Nihil opinionis causa, omnia conscientiae causa faciam.

Ep. 8.

Tu me, inquis, vitare turbam iubes, secedere et conscientia esse contentam.

Ep. 24.

Quamvis conscientia tua tibi fiduciam faciat.

Ep. 43.

Ianitores conscientia nostra, non superbia opposuit.

Ep. 80.

Nemo mihi videtur pluris aestimare virtutem .... quam, qui boni viri famam perdidit, ne conscientiam perderet.

Ep. 97.

Hic consentiamus, mala facinora conscientia flagellari et plurimum illi tormentorum esse eo, quod perpetua illam sollicitudo urget ac verberat.

Ep. 97.

Quia coarguit illos conscientia et ipsos sibi ostendit.

Ep. 105.

Aliud agere conscientia non patitur ac subinde respondere ad se cogit.

fragm. 14.

Quid tibi prodest, non habere conscium, habenti conscientiam.

fragm. 24.

Nam nihil prodest, inclusam esse conscientiam, patemus deo.

Sen. Contr. 1. 2.

Deorum numini subiecta uniuscuiusque conscientia est.

Contr. 2. 5.

Ad excutiendam muliebris pectoris conscientiam.

Contr. 8. 1.

Confessio conscientiae vox est.

Curt. Ruf. 3. 6.

(Alexander) tum epistolam Philippum legere iubet; nec a voltu legentis movit oculos, ratus, aliquas conscientiae notas in ipso ore posse deprehendere.

Curt. Ruf. 5. 11.

Bessus .... tamen stimulante conscientia.

Curt. Ruf. 6. 8.

Nicomachum, religione quoque adstrictum, conscientiam suam exonerare properasse.

Curt. Ruf. 6. 10.

Scelerati, conscientia obstrepente, condormire non possunt; agitant eos furiae, non consummato modo, sed etiam cogitato parricidio.

Curt. Ruf. 7. 1.

Nulli erat dubium, quin trepidatio conscientiae indicium esset.

Curt. 7. 2.

Et quamquam conscientia fretus in regiam venerat . . . .

Val. Max. 7. 8.

Quantum illo momento temporis conscientiae (si modo vires, quas habere creditur, possidet) a teterrimo homine supplicium exegit. Inter ipsam enim fallacis et ingratae culpae cogitationem, spiritum posuit, quasi tortore aliquo mentem eius intus cruciante.

Val. Max. 9. 11.

Unde autem potius quam a Tullio ordiar? Quia tempore vetustissimum conscientia nefarium, voce improbum ac monstri simile exemplum est.

Val. Max. 9. 11.

Quem . . . . conscientiae stimulis actum.

Quintil. Inst. Or. 5. 6.

Adicit ex abundanti hanc quoque conscientiae suae fiduciam.

Inst. Or. 5. 11.

Conscientia mille testes.

Inst. Or. 5. 13.

Nisi illa sciret vera esse et ad fatendum conscientia esset impulsus.

Inst. Or. 11. 1.

Sed in veris quoque sufficit conscientia.

Decl. 306.

Non conscientiam nostram temptat adversarius sed verecundiam.

Decl. 314.

Conscientiam esse quae torqueat; animum esse, qui urat.

Decl. 325.

Potuit hanc amasse feminam dives, salva huius conscientia.

Decl. Mai. 1. 1.

Neque conscientiae gravem ferre contumeliam potest.

Decl. Mai. 1. 8.

Ferrum pependit in cubiculo, tamquam testis conscientiae meae.

Decl. Mai. 1. 9.

Quam manifesta est conscientia, quae te ad hanc compellit necessitatem.

Decl. Mai. 1. 12.

Non tamen tam feliciter librasset ictum, quem, etiamsi nullae fallerent tenebrae, metus et conscientia incertum magni sceleris tristem morae fecissent.

Decl. Mai. 2. 19.

Inter dormientem simulantemque non est, nisi conscientia.

Decl. Mai. 5. 4.

Et quod numquam satis manibus filii numquam satis excusabo conscientiae meae.

Decl. Mai. 7. 1.

Quid faciam, si temeritates quoque nostras conscientia reorum non potest pati .... neque ego, iudices, quemquam vestrum dubitare crediderim, ex qua conscientia, qua trepidatione descendat, ut quis torqueri nolit inimicum.

Decl. Mai. 7. 11.

Miseremini, iudices, igitur, ut hinc quoque velitis aestimare conscientiam divitis.

Decl. Mai. 9. 19.

Hic iam conscientia trepidat oratio.

Decl. Mai. 10. 16.

An ex conscientia venenum biberat.

Decl. Mai. 12. 4.

Testor conscientiam vestram.

Decl. Mai. 12. 14.

Sua quisque consulat misera praecordia suum ventrem conscientia gravem.

Decl. Mai. 12. 26.

O tristis recordatio! O tormentis omnibus conscientia gravior.

Decl. Mai. 12. 28.

Meum sane conscientia urunt animum intus scelerum faces et quotiens facta reputavi, flagella mentis sonant ultrices, video furias et in quamcunque me partem converti, occurrunt umbrae meorum. Habitat nescio quae in pectore poena.... Illuc ite, illi taedas intendite, illum anguibus pete et tam longae morae *exigite rationem.*

Decl. Mai. 15. 1.

Etsi .... nihil gravius adficiat conscientiam bonorum ....

Decl. Mai. 16. 9.

Testor te misera conscientia.

Decl. Mai. 17. 11.

Totumque, quod faciunt, de conscientia possidentis afficiunt.

Decl. Mai. 17. 13.

Felices, qui habent in conscientia sua, quod debeant emendare, corrigere.

Decl. Mai. 19. 7.

Nullum sine conscientia pectus, nulla vita sine causis tacendi.

Decl. Mai. 19. 9.

Et in execrationem mei conscientia, quia non emendabatur, exarserat.

Decl. Mai. 19. 14.

Ita non es contentus conscientia tua.

Apul. met. 3. 4.

Intuens .... meam miseram conscientiam.

met. 7. 11.

Nec te tua conscientia stimulat?

met. 8. 12.

Ultrices habebis .... et perpetuae conscientiae stimulum.

met. 10. 8.

Ipse non possum calcata numinum religione conscientiam meam fallens perperam pronuntiare.

de Deo Socr. c. 16.

Quin omnia curiose ille (scil. daemon) participet, omnia visitet, omnia intellegat, in ipsis penitissimis mentibus vice conscientiae diversetur. Hic, quem dico, prorsus custos singularis praefectus ....

Ascl. 33.

Haec autem intentio pervidendis tantis angustissima est nobis, latissima vero, cum viderit felicitate conscientiae.

Mart. Epigr. 10. 5. 18.

Et, cum fateri Furia iusserit verum
Prodente clamet conscientia „scripsi".

Just. 31. 4.

Purgare publicam conscientiam.

Tert. Apol. 9.

.... apud conscientias pulsem.

Apol. 10.

Appellamus a vobis ad conscientiam vestram. Illa nos iudicet, illa nos damnet.

Apol. 21.

Et ipse pro sua conscientia Christianus.

Apol. 27.

Igitur provocati ad sacrificandum obstruimus gradum pro fide conscientiae nostrae, qua certi sumus, ad quos ista perveniant officia.

de Or. 13.

Nisi ob aliquod conversationis humanae inquinamentum conscientiae causa lavemus.

de Or. 14.

Certe manus eius (Israëlis) semper immundae, sanguine prophetarum et ipsius domini incrustatae in aeternum: et ideo conscientia patrum hereditarii rei nec attollere eas ad dominum audent.

de Or. 22.

Quae se etiam virgines negare non possunt, concedo abuti in fama sua conscientiae apud deum securitate. De illis tamen, quae sponsis dicantur .... pronuntiare contestarique possum velandas ex ea die esse, qua ad primum viri corpus osculo et dextera expaverint. Omnia in

his praenupserunt et aetas per maturitatem et caro per aetatem et spiritus per conscientiam ....

de Idol. 11.

Nam quod mihi de stupro interdictum sit, aliis ad eam rem nihil aut operae aut conscientiae adhibeo .... Ipsius fidei conscientiam perrogemus.

de Idol. 13.

Da formam, in qua velis agi tecum. Cur enim et lateas, cum ignorantia alterius tuam conscientiam contamines? Si non ignoraris, quod sis Christianus, temptaris et contra conscientiam alterius agis tamquam non Christianus.

de Idol. 23.

Hic ego naturam et conscientiam advoco ....; hic conscientiam appello .... Et bene, quod in animo et in conscientia delinqui dominus dixit.

de Poenit. 3.

Sed ipse conscientiae tuae confessione pronuntias.

de Poenit. 6.

Conscientia, semel poenitentiam amplexata.

de Poenit. 11.

Stili potius negotium quam officium conscientiae meae curans.

de Cultu fem. 2.

Debemus quidem ita sancte et tota fidei substantia incedere, ut confisae et securae simus de conscientia nostra, optantes perseverare id in nobis non tamen praesumentes.

de Cultu fem. 13.

Pudicitiae Christianae satis non est esse verum et videri. Tanta enim debet esse plenitudo

eius, ut emanet ab animo ad habitum et eructet a conscientia in superficiem.

adv. Marc. 1. 13.

Quod et omnium conscientia agnoscet: deum summum esse magnum in aeternitate constitutum.

adv. Marc. 2. 17.

Sed ipse mundus inscriptus est et omni a conscientia legitur.

adv. Marc. 3. 14.

Sagittae tuae . . . . compungentes et transfigentes conscientiam quamque.

adv. Marc. 4. 5.

Aut erubescant de magistro suo utrobique traducto, cum evangelii veritatem nunc ex conscientia tramittit nunc ex impudentia evertit.

adv. Val. 1.

Custodiae officium conscientiae officium est.

adv. Val. 3.

Deinde hunc primum cuneum congressionis armabimus detectorem et designatorem totius conscientiae illorum.

adv. Prax. 13.

Ceterum, si ex conscientia, qua scimus dei nomen et filio et spiritui convenire.

de Spectac. 1.

Tanta est enim voluptatium vis, ut et ignorantiam protelet in occasionem et conscientiam corrumpat in dissimulationem.

de Spectac. 1.

Nihil obstrepere religioni in animo et in conscientia tanta solacia extrinsecus oculorum vel aurium

nec vero deum offendi oblectatione hominis.

de Test. an. c. 5.

Sed qui eiusmodi eruptiones animae non putavit doctrinam esse naturae et congenitae et ingenitae conscientiae tacita commissa, dicet potius diventilatis in volgus opinionibus.

ad Nat. 1. 6.

Quotiens comprimitur et coartatur conscientia vestra.

ad Nat. 1. 7.

Quia nemo sit fama sed conscientia certus.

ad Nat. 1. 10.

Sed contemptus honesti est habens quandam superbiae gloriam; venit enim aliquando etiam de fiducia vel conscientiae securitate vel naturali sublimitate animi.

ad Nat. 1. 20.

Rediit conscientia ad veritatem et ad conscientiam veritatis.

ad Nat. 2. 1.

Provocans ipsam conscientiam vestram ad censendum an vere dei, ut vultis, an falso, ut scire non vultis.

ad Nat. 2. 1.

Multa sunt, quibus teneritas conscientiae obduratur in callositatem voluntarii erroris.

ad Nat. 2, 7.

Sed enim in isto mythico genere, quod poetae ferunt, quam incerti agitis circa conscientiae pudorem et pudoris defensionem.

De An. 57.

Sed ratio fallaciae solos non fugit Christianos,

qui spiritalia nequitiae non quidem socia conscientia, sed inimica scientia novimus.

de Pudic. 10.

Porro nec remedia sapere, quibus pericula ipsa non sapiunt, illic autem poenitentiae constare rationem, ubi conscientia et voluntate delinquitur.

de Pudic. 14.

Quidam autem in conscientia nunc quasi idolothytum edunt. Sic autem delinquentes percutiendo conscientias fratrum infirmas in Christum delinquent.

de Carn. Resurr. 19.

Tacite autem secundum conscientiam suam hoc sentiunt.

de Ieiunio 2.

Inustam habentes conscientiam.

de Ieiunio. 6.

Conscientiam communem consulamus.

de Carne Christ. 308. C. (vid. Ed. Q, Sept. Flor. 1674.)

Sed satis erat illi conscientia sua : .... cum iniuria conscientiae suae.... adversus conscientiam suam.

de Exhort. cast. 10.

Si conscientia erubescat, erubescit oratio.

de Pallio. 4.

Conscientiam denique tuam perrogabo.

VII Conscientia, cui adduntur adiect. „mala" vel „prava" vel „spurca" vel „sordida" vel „noxia". i.q. (proprie) een weten v/h slechte, een slecht weten, een slechte herinnering, deinde: een slecht geweten[1]).

Sall. B. Jug. 62. 8.

Iugurtha igitur .... ex mala conscientia digna timere.

Publ. Syr. App. 14.

Numquam secura est prava conscientia.

Sen. Ep. 12.

Quod ille ex mala conscientia faciebat, nos ex bona faciamus.

Ep. 43.

Bona conscientia turbam advocat; *mala* etiam in solitudine anxia et sollicita est.

Ep. 105.

Tutum aliqua res in mala conscientia praestat, nulla securum .... et inter somnos movetur et, quotiens alicuius scelus loquitur, de suo cogitat.

Ep. 122.

Sed quia nihil iuvat publicum et gravis malae conscientiae lux est et omnia concupiscenti aut contemnendi.

Ben. 3. 1.

Tamen debent et exstat apud illos vestigium

---

1) cf. Kähler, das Gewissen, p. 46, 47: „Ruft nun derselbe Namen, „unter dem man jene urteilende Bezeugung zu verstehen sich gewöhnt „hat, immer auch seinen ursprünglichen Sinn, den der blosz festhaltenden „Bezeugung vor die Seele, dann liegt der Uebergang vom qualificirenden „Urteile zu dem abspiegelnden Bewustsein nahe genug. .... Der vom „klaren Spiegel zu Gesichte gebrachte Fleck erscheint, als in dem Spiegel „fest haftender Fleck, befleckt ihn".

certe meritorum intra malam conscientiam inclusorum.

Ps. Sen. mon. 26.

Mala conscientia saepe tuta est, secura numquam.

Quintil. Inst. Or. 12. 1.

Malae conscientiae poenas.

Decl. Mai. 12. 8.

An (testor) nostram malam conscientiam, omnia nos ante fecisse, quae nemo praeter nos fecit.

Decl. Mai. 12. 14.

Cotidie felices mortuos clamo et malae conscientiae facibus agitatus.

Apul. met. 3. 4.

At ego nihil tunc temporis amplius quam flere poteram, non tam hercules truculentam accusationem intuens quam meam miseram conscientiam.

met. 7. 3.

Denique ne mala conscientia tam scelesto crimini praesens viderer silentio consentire.

met. 7. 9.

Sed malae conscientiae reatum intra me sustinebo.

met. 7. 27.

Est enim congruens pessimis conatibus contra noxiam conscientiam parare securitatem.

met. 9. 21.

Conscientia tamen pessima permixtus.

met. 9. 26.

Et tamen taciti vulneris et suae sordidae conscientiae commonita.

met. 10. 26.

Antequam trepidatione aliqua vel cunctatione ipsa daret malae conscientiae suspicionem.

Tert. Apol. 30.

Ego, qui ei offero optimam et maiorem hostiam .... et post omnia inquinamenta, etiam conscientiam spurcam.

VIII Conscientia, cui adiciuntur adiect. „bona" sive „recta", sive „integra". e. a.).

Cic. Att. 13. 20.[1]).

Atque hoc in omni vita quemque a recta conscientia traversum unguem non oportet discedere, viden quam φιλοσοφῶς?

Plin. Ep. 1. 12.

Quamquam plurimas vivendi causas habentem, optimam conscientiam, optimam famam ....

Ep. ad Trai. 9. 12.

Et ante omnia (ad eam spem hortatur) felicitas temporum, quae bonam conscientiam civium tuorum ad usum indulgentiae tuae provocat et attollit.

Tac. Agr. 1.

Celeberrimus quisque bonae tantum conscientiae pretio ducebatur.

Clem. 1. 1.

Iuvat inspicere et circumire bonam conscientiam.

Clem. 1. 15.

Quilibet nostrum debuisset adversus opiniones malignas satis fiduciae habere in bona conscientia.

---

1) Notandum mihi videtur apud Ciceronem locutiones, quae sunt „mala conscientia" et „bona conscientia" non inveniri.

Ben. 4. 12.

Eadem in beneficiis ratio est nam cum interrogaveris, quid reddat, respondebo, bonam conscientiam.

Ben. 4. 22.

Licet ipsum corpus bona conscientia stillet.

Sen. Dial. 7. 19. (de vita beata).

Ille interim beatus ac plenus bona conscientia.

Dial. 7. 20.

Testatus exibo, bonam me conscientiam amässe.

Dial. 9. 3.

Quantumque adiutorium hominum sit bona conscientia.

Ep. 23.

Ex bona conscientia, ex honestis consiliis.

Ep. 97.

At bona conscientia prodire vult et conspici: ipsas nequitia tenebras timet.

Ep. 117.

Nec consentire salva conscientia possum.

Sen. N. Q. Praef. 4. 15.

Nullum verbum, quod non salva bona conscientia procederet, mihi excussum est.

Curt. Ruf. 6. 10.

Inter optimam conscientiam et iniquissimam fortunam destitutus.

Val. Max. 4. 7.

In optimo *laudabilis* conscientiae portu relinquendus est.

Quintil. Decl. 310.

Hoc non sine bona conscientia fecit.

Decl. 355.
Videbant futurum, ut optima conscientia tutor.

Decl. Mai. 17. 4.
Sicuti bonae conscientiae lenta mors.

Decl. Mai. 19. 1.
Quapropter iudices satis admirari .... non possum, quod mulier, cuius praeter optimam sane conscientiam, sexus quoque maiorem malis nostris pudorem praestare debebat, tacere non potest silentium meum.

Decl. Mai. 19. 14.
O bonae conscientiae incauta simplicitas.

Inst. Or. 2. 15.
Non enim bona conscientia sed victoria litigantis est praemium.

Inst. Or. 6. 1.
Et deorum invocatio velut ex bona conscientia profecta videri solet.

Inst. Or. 9. 2.
At cum male dicta sunt tantum et non intelligere interim bonae conscientiae est.

Tert. de Cultu fem. 2.
Primo quod non de integra conscientia venit studium placendi per decorem.

de spectac. 29.
Quae maior voluptas quam .... conscientia integra.

adv. Hermog. 1.
Qui maledicere singulis officium bonae conscientiae iudicet.

Diligenter investigatis locis, quos enumeravimus, apparet, vocem, quae est conscientia, apud antiquissimos scriptores *non* inveniri, sed *primum* legi Ciceronis temporibus.

Inde non est derivandum, hanc vocem ante saeculum primum a. C. n. omnino in usu non fuisse, sed multa admonent, vocis conscientiae ante Ciceronem non eam vim moralem, quae postea ei inerat, propriam fuisse.

Cursu temporum vocis vis paulatim crescit latiusque patet. Et de hac voce valet id, quod venuste Ihering dicit (Zweck im Recht, II. 17):

„In dasselbe sprachliche Gefäsz schüttet die eine „Zeit diesen, die andere jenen Inhalt; das Gefäsz „bleibt, der Inhalt ändert sich".

Conscientia cum ad vitam moralem pertineat, prius de universa morum condicione, qualis fuerit apud Romanos, disputandum est, ut dehinc, notis normis, sive legibus scriptis sive non scriptis, ex quibus conscientia iudicet, ipsam conscientiae notionem, quomodo creverit, melius diiudicemus.

Romani antiqui cum religiosissimi mortalium haberentur omnibusque virtutum generibus exercendis colendisque eminerent, iisque a Deo tam subtile iudicium esset insitum, quid iustum, quid iniustum esset, operae pretium est investigare, quid conscientia apud eos valuerit, quibusque verbis actiones conscientiae elatae sint.

Initium faciamus a religione Romanorum contemplanda, quandoquidem mores religioque quam artissime inter se cohaerent[1]).

---

1) cf. Dr. H. Bavinck, Dogm., I. p. 494:

„De religie is een *ethische* verhouding van den mensch tot God; zij „is geregeld in dezelfde lex moralis, welke ook de andere verhoudingen „der menschen tot zijne medeschepselen bepaalt; alle religieuse handelingen „zijn zedelijke plichten en heel de religie is een zedelijk gebod".

CAPUT II.

Quo de religione agitur, quatenus spectat ad conscientiam.

§ 1. Tota civitas Romana cum religione quam artissime coniuncta erat.

Veteres Romani „cum in omnibus aliis vitae of-„ficiis, tum in constituendis religionibus atque in dis „immortalibus animadvertendis castissimi cautissimi-que" [1]) erant.

Numa Pompilius omnes partes religionis statuisse dicebatur, qua de re apud Livium (39. 15.) legimus:

„Hos esse deos, quos colere venerarique precarique „maiores vestri instituissent."

Religio rei publicae tamquam serviebat, quamobrem Varro confessus est „ideo se prius de rebus humanis „scripsisse, postea de divinis, quia divinae istae ab „hominibus constitutae sunt."

„Sicut prior est" inquit „pictor quam tabula picta, „prior faber quam aedificium: ita priores sunt civi-„tates quam ea, quae a civitatibus instituta sunt [2])."

Ut rerum Romanarum initia sic etiam religionis latent omnia crassis occultata et circumfusa tenebris,

---

1) cf. Gell. Noct. Att. 2. 28. 2.

2) cf. Aug. de Civ. Dei, 6. 4.

quam ob rem, quid de institutionibus Numae verum sit, nihil certo scimus.

Quod tamen Romani scriptores de Numa aliisque, quomodo populum sacris obligarent, tradiderunt, non nullius momenti est.

Valerius Maximus enim haec narrat (1. 1. Ext. ed. Kempf.):

„Numa Pompilius, *ut populum sacris obligaret*, „volebat videri sibi cum Dea Egeria congressus „esse nocturnos, *quo maior apud feroces esset au-„ctoritas.*"

Alio loco apud eundem Valerium legitur (1. 2. 1): „Sic quoque et Minos Cretensium rex nono „quoque anno in quandam praealtam et vetusta „religione consecratam specum secedere solebat et „in eo moratus, *tamquam ab Iove*, quo se ortum „ferebat, *traditas leges perrogabat.*"

Rogaverit quispiam, cur hos locos laudem. Respondeo, hinc apparere, *bene Romanos perspexisse ab homine populum religione obligari non posse* [1]). Auctoritate religionis igitur opus esse ad conscientiam, ut ita dicam, adstringendam, bene Romani senserunt.

Deos testes iudicesque esse, Romanis *ex semine religionis* persuasum erat. Religiosissimi erant in votis suscipiendis atque solvendis, in iureiurando ser-

---

1) cf. Dr. H. Bavinck, Dogm., I. p. 194: „Menschen, gewoonten, zeden *kunnen niet verplichten in de conscientie*, dat kan God alleen".

cf. praeterea Leist, Gr. Ital. Rechtsgesch., p. 527: „Die Ueberzeugung, „dasz die Gebote der Sittlichkeit *Gebote der Götter seien* ist ein Grundge-„danke des heidnischen Altertums gewesen".

vando, in tota vitā ad voluntatem deorum dirigenda [1]). Pio cultu deorum religio continebatur; dii hominesque iuris vinculo inter se iuncti erant [2]). Certis verbis formulisque utendum erat in dis adeundis, quae omnia ut modo rituque fierent, pontifices consulendi erant, quorum princeps, pontifex maximus, arbiter habebatur rerum humanarum divinarumque.

Religiosi Romani debebant esse in precando cf. Ov. Fast. 2. 623: „Innocui veniant" [3]).

Semper quam cautissime pax veniaque deorum servanda erat.

Si quis dis voverat, iis obligatus erat.

cf. Cic. de leg. 2. 41: „Voti sponsio, qua obli-„gamur deo" [4]).

Voti reus vinculo impediebatur religioque erat, quoad votum non solverat.

Sic Marcellum, ut Livius narrat (27. 25.): „aliae obiectae animo religiones tenebant, in quibus „quod, cum bello Gallico ad Clastidium aedem „Honori et Virtuti vovisset, dedicatio eius a ponti-„ficibus impediebatur."

Vim quidem conscientiae hoc loco sentimus, vocem

---

1) cf. Fustel de Coulanges, La cité antique, p. 105: „l'Homme voit „tout près de lui la divinité; elle est présent comme la conscience même „à ses moindres actions".

2) cf. Cic. Part. 22: „Religio est iustitia erga deos".

3) cf. Cic. de leg. 2. 19: „Ad divos adeunto caste pietatem adhibento" quibus verbis Cicero annotat c. 24: „*Caste* iubet lex adire ad deos, „*animo* videlicet, in quo sunt omnia".

4) cf. Pernice, Sitzungsber. der phil. hist. Class. der Kön. Preuss. Ac. 1885, p. 68: „Die Wirkung des Votums ist eine obligatio, eine sacral-„richterliche Verbindlichkeit, *eine religiöse und Gewissenspflicht*".

vero conscientiae *nec hic nec usquam fere in rebus, quae ad religionem spectant, legimus.*

Marcellum religiones animo obiectae tenebant. Quomodo vox, quae est „religiones" belgice vertenda est?

Inquiramus in verba, quae sunt *religio* et *religiosus*, quae voces cum ad derivationem, tum ad significationem, disputationi nostrae magni sunt momenti.

§. 2. Unde vox religionis ducta esset, alii alio modo statuere conati sunt.

Apud Ciceronem legimus (de Nat. Deor. 2. 72): „Qui autem omnia, quae ad cultum pertinerent, „diligenter retractarent et tamquam relegerent, sunt „dicti religiosi, *ex religendo*".

Gellius dicit (Noct. Att. 4. 9. 1): „Nigidius Figu-„lus .... ex antiquo carmine refert memoria hercle „dignum: *Religentem* esse oportet, *religiosus* ne fuas; „.... hoc, inquit, inclinamentum semper huiusce modi „verborum, ut vinosus, mulierorus, religiosus, signi-„ficat copiam quandam immodicam rei, super qua „dicitur. Quocirca religiosus is appellabatur, qui nimia „et superstitiosa religione sese alligaverat, eaque res „*vitio* assignabatur".

Lactantius autem religionem ductam esse a *religando* putat (Inst. div. 4. 28): „Hoc vinculo pietatis „obstricti Deo et religati sumus; unde ipsa religio „nomen accepit, *non*, ut Cicero interpretatus est, *a* „*religendo ....*" [1]).

---

1) cf. praeterea Lact. Inst. div. 4. 28 (in fine): ... „diximus nomen Reli-„gionis a vinculo pietatis esse deductum, quod hominem sibi Deus religave-„rit et pietate constrinxerit."

Quod et Servius putat, adnotans Verg. Aen. 8. 349: „Id est metus, ab eo *quod mentem religet*". Multa sunt, quae admonent vocem *religionem* cum verbo quod est *religare* cohaerere atque ab eadem stirpe ortam esse. Quod nonnulli negant, dicentes, si ita esset, non *religionem* sed *religationem* postulari. Vocem *religionem* vero a *religando* duci nequaquam necesse est, quoniam a breviore stirpe derivari possit, scil. a stirpe, quae est *lig*, eadem, quae in voce *lictore* invenitur [1]).

Et plures voces, quae in „*io*" desinunt atque cohaerent cum verbis in „*are*" desinentibus, a radice breviore sunt derivatae.

Praeterea vocem, quae est religio, sescenties coniunctam invenimus cum verbis, quae sunt, ligare, obligare, solvere, exsolvere, alligare, adstringere, obstringere, impedire, trahere.

Apud Ciceronem e. g. legimus in oratione, quam habuit „de domo sua" 124:

„Num qua igitur is bona Lentuli *religione obli-* „*gavit*" [2]).

Apud Gellium eodem loco, quem supra laudavimus, haec verba inveniuntur: „*religiosus* [3]) is appellabatur

---

1) cf. Zeitschr. für Vergleich. Sprachf. 4e B. p. 449: „Soviel können wir „also jetzt mit Bestimmtheit sagen, das auch religio oft ganz mit obligatio „übereinstimmt, dasz religio derselben Wurzel angehört, wie ligare und „lex und ursprünglich das Gebunden sein bedeutet".

2) cf. praeterea Cic. Verr. 4, 113; Att. 12. 43; Fam. 4. 12; Liv. 2. 32; 6. 1; 7. 3; 8. 9; 26. 48; 29. 18; 45. 18.

3) Festus (ed. Müller p. 278) de voce, quae est religiosus, haec refert: „Religiosus est non modo deorum sanctitatem magni aestimans, sed etiam „officiosus adversus homines." Macrobius (3. 10.): „Secundum Pompeium „Festum religiosi sunt qui facienda et vitanda discernunt." Iam leviter hosce locos laudatos perstringentes vidimus, vocem *religiosum* latius patere

„qui nimia et superstitiosa religione *sese alligaverat*, „eaque res vitio assignabatur." Ut Cicero sic etiam Livius aliique scriptores saepius vocem religionis cum verbis ligandi et solvendi coniungunt.

Apud Senecam haec mentione dignisima verba legimus (Ben. 3. 7):

„Arbitrum libera et nullis *adstricta vinculis* religio" et apud Lucretium: „*artis religionum nodis animos* „*exsolvere*" (Lucr. 1. 931)[1]).

Voces, quae sunt religio atque religiones, ad *vinculum* igitur spectare videntur.

Romani *vinculo iuris* dis adstricti erant; deorum pace veniaque sublata, religione impediebantur, alligabantur, obstringebantur; religionum nodis animos exsolvere conabantur.

Et religio, et vita Romanorum veterum quasi ex pontificum penetralibus gubernabatur; nimis *extrinsecus* religata erat *neque oriebatur a se*. (cf. Cic. Tusc. disp. 3. 37). Optime docet Luthard, die antike Ethik, p. 131:

„Die Religion war überall Staatssache; aber so „völlig mit dem Staatsleben und seiner Zukunft ver„flochten, war sie nirgend wie hier. Das prägt der „Religion ihren *aüsserlich gesetzlichen* Charakter auf." Itaque cum religio Romanorum nimis in specie ver-

---

coepisse, id quod Gellius quoque dicit (Noct. Att. 4. 93.): „Sed praeter „ista, quae Nigidius dicit, alio quodam diverticulo significationis religiosus „pro casto atque observanti cohibentique sese certis legibus finibusque „dici coeptus."

cf. Carm. Sepulchr. lat. ed. Cholodniak 1897, Petropoli. vs. 880: „In „virum religiosa, in se pudica, in familia mater fuit."

1) cf. Lact. Inst. div. 4. 28: „Melius ergo id nomen Lucretius inter „pretatus est, qui ait, religionum se nodos exsolvere".

saretur, non mirandum est, quod notio conscientiae confusa atque incerta manebat.

Cum aliquis in dis colendis peccavisset [1]) vel putaret se peccavisse, non conscientia eum accusare dicitur, sed religio eum impedit, sollicitudine religionis [2]) agitatur [3]).

„Id mihi religioni est" significat: ligatus sum praeceptis, legibusque; belgice vertimus: ik heb daartegen gewetensbezwaar, quamquam locutio belgica multo latius patet [4]).

Identidem haec sententia voci, quae est *religio* subicitur.

Marcellus, si religionibus tenetur animo obiectis, non dubitandum est, quin *religiones* idem sit atque nostrum *„gewetensbezwaren"*.

Apud Liv. legimus (43. 13): „Ceterum et mihi „vetustas res scribenti nescio quo pacto anticus fit

---

1) Si Romanis pax veniaque deorum erat, vinculum vix vel omnino non sentiebatur. Eodem modo in vita vere morali conscientia, cum culpa abest, tacet cf. Dr. Bavinck, Psychol. p. 112: „Ingeval er geen schuld is, zwijgt „'t geweten".

2) cf. Plin. Ep. Trai. XLVIIII (ed. Keil): „Dispice ergo domine, an „putes aedem, cui nulla lex dicta est, *salva religione* posse transferri; alioqúi „commodissimum est, *si religio non impedit.*"

Traianus ei respondet (L): „Potes, mi Secunde carissime, sine sollicitu- „dine religionis, si loci positio videtur hoc desiderare, aedem Matris deum „transferre in eam, quae est accommodatior."

3) Ut capra, vinculo alligata, id fere non sentit, pascens, quatenus vinculum permittit, tum vero, cum terminos excedit, sentit, sic etiam Romani cohibentes sese certis legibus finibusque, sibi a pontificibus traditis, vinculorum sibi non conscii erant, tum vero, cum terminos excedebant, religione impediebantur.

4) cf. M. Kähler, das Gewissen, p. 155: „Immerhin vermögen wir „noch heute das echt römische „aliquid religioni habere" nicht treffender zu „übersetzen als „aus etwas ein Gewissen machen".

„animus et quaedam religio, quae illi prudentissimi „viri publice suscipienda censuerint, ea pro indignis „habere, quae in meos annales referam."

Quaedam religio Livium tenet, quae verba respondent nostris, „zijn historisch geweten weerhoudt hem." Sic Plinius de avunculo haec tradit (Ep. 8. 16): „Avunculus .... historias et quidam religiosissime „scripsit."

Apud Liv. (21. 4.) legimus: „Nihil veri, nihil sancti „nullus deum metus, nullum iusiurandum, *nulla religio.*" Ex coniunctione verborum satis apparet, verba, quae sunt „*nulla religio,*" optime verti posse „*volslagen gewetenloosheid.*"

Alio loco apud Liv. legitur (23. 11.): „Se, quae-„cumque impetrata sint, *cum summa religione* ac „diligentia exsecutum."

„*Cum summa religione*" vertendum est „met de grootst mogelijke „nauwgezetheid," „Gewissenhaftigkeit." Cicero in oratione, quam habuit pro Archia poeta, dicit de M. Lucullo viro „summa auctoritate „et religione et fide." Zurckius voci, quae est „religione" recte adnotat „haec est vulgo conscientia."

Identidem dicitur apud scriptores latinos *de religione iudicum*, de *iudicibus religiosis* [1]) e. g. apud Gaium (Rerum cottidianarum sive aureorum, l. 5. § 4. D. cf. Karlowa. Röm. Rechtsgesch., p. 1350).

---

1) cf. Cic. pro Font. 14. 31: „Cum his vos testibus vestram religionem „*coniungetis*". Recte Nägelsbach, Lat. Stilist. p. 574: „Mit diesem Zeugen „wird euer Gewissen gemeinsame Sache machen."

Deinde cf. Quint. Inst. Or. 6. 1. 20: „Cautiores ad custodiam religionis suae „iudices facit"; praeterea cf. Iul. Paull. Sent. V. 5*a*, 10 (ed. Huschke, Iurispr. Anteiust.).

„Et in quantum de ea re aequum *religioni* iudicantis videbitur." Si ea verba componimus cum iis, quae Cicero docet (Cluent. 159): „*Est* „*sapientis iudicis .... maximi aestimare conscientiam* „*mentis suae*," dubium non est, quin voces *religio* et *conscientia* nonnumquam eodem tendant.

Saepius *religio* significat conscientiam, quae facta antecedit [1]), conscientia vero apud Romanos vulgo significat conscientiam, quae facta sequitur [2]).

Apud Liv. 6. 33 legitur: „Nec aliud tectum eius „superfuit urbis, cum faces pariter sacris profanisque „inicerent, quam matris Matutae templum; inde „eos nec *sua religio* nec verecundia deum ar-„cuisse dicitur".

Quid hoc loco significat „religio"?

Weissenborn adnotat „die ihnen inwohnende Reli-„giösität und Scheu vor den Göttern".

Si religio vertitur „Religiösität" nihil proficimus, nihil enucleatum est. Mea quidem opinione „sua religio" significat „hun geweten" i. e. conscientia antecedens.

Apud Caesarem invenitur locutio, quae est „religioni consulere" (de B. C. 1. 67): „Quod perterri-„tus miles, ... timori magis, quam religioni consulere „consueverit".

Verba, quae sunt „religioni consulere" „met hun

---

1) cf. Liv. 29. 18.: „Unum est, de quo nominatim et nos queri „*religio* infixa animo cogat, et vos audire et exsolvere rempublicam vestram „*religione*, si ita vobis videbitur, velimus, patres conscripti".

2) cf. W. Sanday, A critical comment. to the Epistle to the Romans, 1902, Edinb. p. 61: „Conscience with the ancients was the faculty (?) which „passed judgment upon actions, after they were done (in technical language „the conscientia consequens moralis) not so much the general source of „moral obligation.

binding, met hun geweten te rade gaan", Nägelsbach interpretatur: Eidespflicht, bindender Eid (Lat. Stil. p. 250). Sane; ius iurandum, sacramentum milites ligabat; quam ob rem religio iurisiurandi, ut Cicero dicit (pro Font. 20), eos tenebat „de binding van den eed", „het geweten, de weting van den eed".

Eodem modo in Ep. ad Hebr. 10. 2. genetivus casus voci conscientiae adiungitur: „*διὰ τὸ μηδεμίαν* „*ἔχειν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν*" quae verba vertuntur „omdat zij .... *geen geweten* meer zouden hebben „der zonden".

Seneca, (Ben. 3. 7) dicit: „*Arbitrum libera et nullis* „*adstricta vinculis religio*".

Quid haec verba significant?

Iudicem formula includit et certos, quos non excedere licet, terminos ponit; *arbitrum* vero *libera et nullis adstricta vinculis religio*. Seneca hisce verbis contradictione, ut ita dicam, in terminis uti videtur: *religio*, *adstricta nullis vinculis*. Non extrinsecus religatus est arbiter; Ciceronis verborum iam ante laudatorum rursus mihi in mentem venit: „Virtus, quae „si *extrinsecus religata* pendeat *et non oriatur a se* „et rursus ad se revertatur et omnia sua complexa „nihil quaerat aliunde ...."

Mutatis mutandis haec verba in arbitros optime accommodari possunt. Verba, quae sunt „religio adstricta nullis vinculis", ostendunt *arbitrum sibi ipsi vinculo esse*, eum non extrinsecus religatum esse vero ea libertate frui, quam nos vocamus „onbeperkte „vrijheid om naar het geweten te handelen".

Omnibus perpensis verisimile videtur voci religionis notionem ligandi inesse eamque saepius multis numeris

eam vim habere, quae sermone philosophorum nominatur *„het voorafgaande geweten"*, *„conscientia antecedens."*

Et iis temporibus, quibus vox conscientiae ad indicandam conscientiae notionem usurpabatur, voces, quae sunt religio et religiosus, eam significationem, de qua supra scripsi, servaverunt.

§ 3. Deorum cultus, quia nimis in specie versabatur, impediebat, quominus notio conscientiae se evolveret. Vim contra conscientiae antiqui bene senserunt. Quod et in *iureiurando* apparet [1]). Romani enim cum, quantulum esset hominibus praesidii in animi firmitudine, optime novissent, iusiurandum ad fidem adstringendam adhibebant.

cf. Karlowa, Röm. Rechtsgesch., p. 631:

„Der Eid hat aber die Bedeutung, dasz der ihn „Leistende in seinem Gewissen stärker gebunden „werden soll".

„Nullum vinculum," inquit Cicero „ad adstringen„dam fidem iureiurando maiores artius voluerunt" (Cic. de off. 3. 111).

Quam multa apud Romanos iureiurando firmabantur! Militibus sacramentum dicendum erat. In iudicio testes iurabant „um ihre gewissenhafte Ue„berzeugung eidlich zu bekräftigen." Mommsen, Röm. Strafr., p. 395.

---

1) cf. Pfleiderer, Moral und Religion, p. 5:
„Der Eid, dieser uralte und bei allen Völkern vorkommende Brauch, „ist überhaupt der schlagendste Ausdruck dafür, dasz dem Menschen von „jeher alle sittliche Verbindlichkeit als Ausflusz der religiösen Gebunden„heit erschienen ist."

Et iudices et magistratus iureiurando constricti erant.

Etiam in emptione facienda iurabatur cf. Karlowa Röm. Rechtsgesch., p. 631:

„Als Bestärkungsmittel des Kaufs treten schon „bei Plautus Eid und Arrha auf."

Qui iuraverat, *religione adstrictus* erat. cf. Danz, „der Sacrale Schutz im röm. Recht," p. 62: „Die „allgemeinste Wirkung jedes Eides ist zunächst „die blosz auf das Gewissen der Schwörenden be- „rechnete, der durch den Eid *religione adstrictus* „d. h. *in seinem Gewissen* gebunden wird. Wer gegen „den Eid handelt, dem ist es *religiosum*, *religio* „oder *religioni* und daher auch der ein *religiosus*, „der sein Gewissen rein hält in jeder Rücksicht aus „Ehrfurcht vor den Göttern." Eo ipso, quod petebant divinum testimonium irae vindictaeque deorum se subiciebant, si iurisiurandi religionem contempsissent vel scientes fefellissent. Quamquam vulgo deorum iniuriae dis curae erant, nonnumquam censores, praefecti morum, qui, ut Gellii verbis utar, nulla de re diligentius quam de iureiurando iudicabant, eos, qui peieraverant, aerarios reliquerunt, omniumque notarum et damnis et ignominiis adfecerunt (cf. Gell. 6. 18). In deos impietatis nulla erat expiatio. „Itaque poenas luunt non tam iudiciis, quam ut eos „agitent insectenturque *furiae* non ardentibus taedis, „sicut in fabulis, sed angore conscientiae fraudisque „cruciatu" (Cic. de leg. 1. 40). Saepius ut in Graecorum sic in Romanorum scriptis de Furiis legimus. Cicero iam in oratione, quam anno octogesimo a. C. n. pro Sext. Rosc. habuerat,

Romanos monuit (§. 67): „Nolite enim putare," inquit „eos, qui aliquid impie commiserint, agitari et „perterreri taedis ardentibus Furiarum; suae quem„que malae cogitationes conscientiaeque animi ter„rent, hae sunt domesticae Furiae" [1]).

Antiquitas tam Erinyas, quae multis numeris Furias aequant, quam Furias, cogitatione imagines conscientiae actionum finxerat. cf. Nägelsbach, Die Nachhomerische Theologie, p. 339: „Das „böse Gewissen aber verobjectivirt sich, wenn man „diesen sonst oft gehörten Ausdruck hier gestattet, „im Rachegeist; die innerliche Gewissensangst wird „angeschaut *als eine Macht ausserhalb des Frevlers*, „welche diesen vervolgt." Saepius vero Furiae sic depingebantur, ut a vera ratione conscientiae prorsus discreparent. Eodem modo illud Socratis „δαιμόνιον", quamvis pluribus modis conscientiae partibus fungatur, nonnumquam ab ea videtur declinare.

Temporibus Ciceronis, cum deorum neglegentia in dies cresceret, quam maxime consentaneum erat, Furiarum quoque fidem abire easque in fabularum numero haberi.

Quod et Lucretius hoc modo dicit (3, 1011—1017):

„Qui neque sunt usquam nec possunt esse profecto
„Sed metus in vita poenarum pro male factis
„Est insignibus insignis, scelerisque luella,
„Carcer et horribilis de saxo iactu' deorsum
„Verbera, carnifices, robur, pix, lammina, taedae;
„Quae tamen etsi absunt, at mens sibi, conscia factis,
„Praemetuens adhibet stimulos terretque flagellis."

1) cf. Aesch. in Tim. 180, Schol.; Ennius Frgm. III, p. 113 (ed. Müller, Petersburg 1884).

Non iam extrinsecus homo sese ligatum sentit neque Furiae, ut Quintilianus dicit, *extrinsecus veniunt, sed intus nascuntur* [1]).

Ante omnes Stoici hoc modo omnium commenticiarum fabularum rationem reddere conati sunt. cf. Zeller, die Philosophie der Griechen, III p. 323: „Schon Zeno, noch mehr aber Kleanthes, „Chrysippus und ihre Nachfolger bemühten sich „in den Göttern des Volksglaubens und in den „Erzählungen von diesen Göttern naturphilosophi„sche und moralische Ideeen nachzuweisen, welche „unter bildlicher Hülle darin niedergelegt seien." Priusquam vero, quid Stoici de religione docuerint, tradam, quatenus quidem nostrae disputationi alicuius momenti sit, nonnulla iis, quae iam de iureiurando dixi, addam. Nullam expiationem esse iis, qui prudentes fefellissent iam vidimus [2]).

Nonnumquam tamen factum est, ut etiam prudentes expiarentur; apud Liv. legimus (9. 1.): „Ne „nihil actum .... hac legatione censeatis, expiatum „est, quicquid ex foedere rupto irarum in nos cae„lestium fuit."

Interdum igitur, cum utilitas rei publicae id poscere videbatur, pontifices „qui dirigeaient la con„science timorée du peuple Romain" (Bouché le

---

1) cf. Quintil. Decl. 314: „Nec tamen illa mihi vana quorundam vide„tur esse persuasio, qui credunt non extrinsecus has furias venire nec „ullius deorum impulsu hanc mortalibus incidisse dementiam sed nasci intus; „conscientiam esse, quae torqueat, animum esse, qui urat".

2) cf. Macr. Sat. 1. 16:
„Prudentem expiare non posse Scaevola pontifex maximus affirmabat".

Clercq, les Pontifes p. 19) Romanis habenas immiserunt [1]).

Neque periurium erat, si quis praedonibus pretium iureiurando pro capite pactum non attulisset. „Nam „pirata non est ex perduellium numero definitus; „sed communis hostium omnium: cum hoc nec „fides debet nec iusiurandum esse commune. Non „enim falsum iurare periurare est, sed, quod ex „animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur more „nostro, id non facere, periurium est." (Cic. de off. „3. 107, 108).

Praesertim Ciceronis temporibus, cum multi „parci „deorum cultores et infrequentis" erant, religio iurisiurandi saepius violabatur atque interpretando sibi quisque iusiurandum [3]) et leges aptas faciebat atque lingua iurabat, *mentem vero iniuratam* gerebat. Quam ob rem Cicero pluresque alii saepe Romanis imaginem antiquitatis exemplumque imperii veteris proponebant. Ex multis mirabilibus exemplis Regulus a Cicerone assumitur, quo exemplo „haud facile quis dixerit aut laudabilius, aut praestantius" (Cic. de off. 3. 110).

Quae apud Ciceronem de Regulo leguntur, dignissima sunt, quae animadvertantur.

„Nam" inquit „quod rediit, *nobis nunc* mirabile

---

2) cf. Bouché le Clercq, les Pontifes, p. 19: „Toutes les fois, que la „religion du serment compromettait des interêts de la republique, les „Pontifes scirent trouver des échappatoires".

Praeterea cf. Danz, der Sacrale Schutz, p. 99: „Nur das gesammte Volk „und Heer kann aus leicht erklärlichem Grunde, auch wenn er prudens ein „Piaculum committirte, expiirt werden".

3) cf. Liv. 3, 20.

„videtur: illis quidem temporibus aliter facere non „potuit. Itaque ista laus non est hominis sed *tem-„porum*; nullum enim vinculum ad adstringendam „fidem iureiurando maiores artius esse voluerunt. „Id indicant leges in XII tabulis, indicant sacratae, „indicant foedera, quibus etiam cum hoste devincitur „fides: indicant notiones animadversionesque cen-„sorum, qui nulla de re diligentius quam de iureiu-„rando iudicabant" (Cic. de off. 3. 111). Aetatem suam Cicero antiquis temporibus opponit. Antiquo tempore iusiurandum sanctissimum habebatur; Ciceronis vero aetate multi erant, qui omnia venalia habebant, homines, nulla fide, nulla religione, „inu-„stam conscientiam" [1]) habentes.

§ 4. Iam saeculo tertio a. C. n. antiquae religionis fides praesertim inter viros excultos atque eruditos extingui coepta erat.

Multiplex religio, praesertim Graecorum cultus deorum atque philosophia moenia Romae intraverant.

Religio Romana cum in specie tantum versaretur neque ulla dogmata formasset, ad externas religiones facillime accommodari poterat. Cum vero umbra tantum Graecae religionis, ut ita dicam, Romam veniret atque simul impietas, mala fides, neglegentia deorum in animos irreperet, tam civibus quam rei publicae hinc magna pernicies oriebatur.

A primoribus eruditissimisque malum ad inferiores ordines procedebat, quamquam multi erant, qui caerimonias et religiones tam publicas quam privatas sanctissime servandas esse arbitrarentur.

---

1) cf. Tert. de Ieiunio 2.

A Varrone tria genera theologiae discernebantur scil. genus mythicum, physicum et civile, quorum primum „nugatorium" esse dicit Scaevola pontifex „secundum „non congruere civitatibus, quod habeat aliqua super„vacua, aliqua etiam, quae obsit populis nosse" (Aug. de Civ. Dei, 4. 27). Tertium vero genus saluti rei publicae quam maximi momenti habebat, quam ob rem etiam philosophis omnia illa, ut Seneca ait, servanda sunt, tamquam legibus iussa [1]) non tamquam dis grata. Alibi legimus:

„Omnem istam ignobilem deorum turbam, quam „longo aevo longa superstitio congessit, sic, inquit, „adorabimus, ut meminerimus, cultum eius magis „ad morem, quam ad rem pertinere" (Sen. fragm. ed. Haase 12. 39).

Respublica cum artissime cohaereret cum religione, sapiens, qui re vera deos antiquos neglegebat, tamen „colebat quod reprehendebat, agebat, quod ar„guebat, quod culpabat, adorabat," quod, ut Augustinus (de Civ. Dei, 6. 10) dicit, „eo „damnabilius erat, quod illa, quae mendaciter agebat, „sic ageret, ut eum populus veraciter agere existi„maret."

Cum igitur vinculum religionis paulatim solveretur primum in litteratorum hominum cordibus, deinde hominum rudium atque rusticorum, quaestio exoritur, quomodo fieri potuerit, ut aetate ea, qua cultus deorum in dies magis neglegeretur, notio conscientiae usque ad illud tempus involuta efflorescere coeperit. Stoicos ad conscientiae notionem evolvendam multum

---

1) Sen. fragm. 12. 38.

valuisse, quis est, qui neget? In Cic. de fin. 3. 75 persona sapientis, qualis a Stoicis describitur, inducitur atque exornatur. Leguntur haec: „(Sapiens) „recte solus liber nec dominationi cuiusquam parens „nec oboediens cupiditati, recte invictus, cuius „etiamsi corpus constringatur, animo tamen vincula „inici nulla possint" ....

Quid haec verba docent?

Sapientem solum liberum sibique ipsi legem esse, eum re vera sibi conscium esse. Paulo ante, eodem capite (c. 22) Cato dixerat sapientes iubere „tem„pori parere et sequi deum et se noscere et nihil nimis". Stoicorum doctrina igitur, quae iam saeculo altero a. C. n. a Panaetio, Posidonio aliisque Romae divulgata erat, praesertim inter homines nobiles atque litteratos, idem quod antiqua religio Romanis praescribere videbatur, scilicet *sequi deum.*

τὸ κατὰ πᾶν ἕπεσθαι τῷ ἐν αὐτοῖς δαίμονι (Pos. ap. Gal. 469).

De Aenea, quem Vergilius poeta Romanis proponit[1]), ut vere Romanum, Heinze rectissime dicit (Verg. Epische Technik, p. 295):

„Vergil gibt auf die Frage „quid est boni viri" „ganz die gleiche Antwort wie Seneca „praebere „se fato"; die Stoische und Römische Sinnesweise „so gemäsze Forderung des „sequi deum" tritt als „die wesentlichste, um nicht zu sagen einzige Pflicht „anschaulich zu Tage"

Romanis illud „sequi deum" significabat: oboe-

---

1) cf. Verg. Aen. 6, 620:

Discite iustitiam moniti et non temnere divos.

dire omnibus dis, quos „longo aevo longa superstitio congesserat".

Stoicis vero „sequi deum" erat: τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν.

Populares de dis opiniones a Stoicis non spernebantur, quod ex magnis molestiis apparet, quas ut omnium commenticiarum fabularum redderent rationem, susceperunt[1]). Cum igitur haec ratio philosophiae Stoicae cum religione Romana intercedat, quam maximi momenti est, studiose imprimis in ea inquirere, quae Stoici de religione dixerunt, ut hoc modo melius, quid in notione conscientiae evolvenda praestiterint, perspiciamus.

§ 5. Omnibus Stoicis, tam prioribus, qui dicuntur, quam posterioribus, videbantur duo principia esse in rerum natura, ex quibus omnia fierent: causa et materia, (τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον). „Materia," inquit Seneca (Ep. 65. 2) „iacet iners" (ἄποιος οὐσία, ὕλη). „Causa autem, id est ratio, materiam format." Deus est causa, est ratio, (λόγος τοῦ παντός).

Alibi Deus ignis vocatur. cf. Diog. Laert. 7. 156: „δοκεῖ δ' αὐτοῖς τὴν μὲν φύσιν εἶναι πῦρ τεχνικόν ὁδῷ βαδί-

---

1) cf. Windelband, Gesch. der Alten Phil., p. 188: „Um in ihre „Naturreligion die positive Religion hineinzuarbeiten, indem sie die Götter „und Daemonen des Volksglaubens als Sondergestalten der allgemeinen „Urkraft behandelten".

cf. etiam Gaston Boissier, la religion Romaine, p. 135: „C'est ainsi „qu'en faisant rentrer tous ces dieux les uns dans les autres et les regar„dant comme des attributs et des qualifications de la même divinité, on „arrivait sans trop de peine à recompenser l'unité divine; .... sur ce „point et sur beaucoup d'autres que j'indiquerai plus tard, la religion „romaine sans être trop denaturée pouvait à peu près s'accommoder avec „la philosophie".

„ζον εἰς γένεσιν, ὅπερ ἐστὶ πνεῦμα πυροειδὲς καὶ τεχνοειδές".

Deus, natura, ignis est artificiosus ad gignendum progrediens via; a Diogene et Cleanthe anima mundi vocatur (Stob. Ecl. 1. 56), a Posidonio spiritus (πνεῦμα νοερὸν καὶ πυρῶδες) qui omnia penetrat atque regit. Ipse deus est lex, „ὁ νόμος ὁ κοινὸς, ὅσπερ ἐστὶν ὁ „ὀρθὸς λόγος, διὰ πάντων ἐρχόμενος, ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Διί." (Diog. Laert. 7. 88).

Animae humanae sunt partes divini spiritus in corpus humanum mersae, „συναφεῖς τῷ θεῷ ἅτε αὐτοῦ μόρια οὖσαι καὶ ἀποσπάσματα" (Epict. Diss. 1. 14. 6). Ex mente divina quasi decerpti sumus. (cf. Cic. Tusc. disp. 5. 38).

Quamquam Stoici priores atque posteriores de natura animae dissenserunt, omnes hac in re concinunt, sapientes eo tendere, ut memores originis suae „θεοὶ ἐξ ἀνθρώπου" fiant; proleptice, ut ita dicam, hic illic iam dii nominantur (Epict. diss. 2. 17. 33).

Partes divini spiritus cum simus, maxime agendum est, ut deo, id est naturae, convenienter vivamus. cf. Diog. Laert. 7. 88:

„διόπερ τέλος γίνεται τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. ὅπερ „ἐστὶ κατά τε τὴν αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν τῶν ὅλων, οὐδὲν ἐναρ„γοῦντας ὧν ἀπαγορεύειν εἴωθεν ὁ νόμος ὁ κοινὸς, ὅσπερ „ἐστὶν ὁ ὀρθὸς λόγος διὰ πάντων ἐρχόμενος".

Sapienti igitur obtemperandum est deo, rationi summae; ipsi cum pars insit divini spiritus recte, quid bonum, quid malum sit, eligit; „αὐτὸς γὰρ μ' ὁ θεὸς ἐποίησεν τοιούτων ἐκλεκτικόν." Epict. diss. 2. 6. 9.

Illa divina mens saepius sub alio nomine apud Stoicos scriptores occurrit, quod paucis exponendum mihi videtur.

Apud Epict. diss. 1. 14. 12 legimus:
„ἀλλ' οὖν οὐδὲν ἧττον καὶ ἐπίτροπον ἑκάστῳ παρέστησε „(ὁ Ζεύς) τὸν ἑκάστου Δαίμονα καὶ παρέδωκε φυλάσσειν „αὐτὸν αὐτῷ καὶ τοῦτον ἀκοίμητον καὶ ἀπαραλόγιστον".

Vox, quae est δαίμων saepius apud Stoicos redit atque varias significationes habet, qua de re uberius tractat Bonhöffer, (Epictet und die Stoa, p. 81 sqq.)

De una tantum significatione mentionem faciamus, quae quam maxime digna est, quae a nobis commemoretur.

Daemonis esse „φυλάττειν" Epictetus dicit; alio loco vero apud eundem legimus (fragm. 97):
„ἄνδρας δὲ γενομένους ὁ θεὸς παραδίδωσι τῇ ἐμφύτῳ „συνειδήσει φυλάττειν. ταύτης οὖν τῆς φυλακῆς μηδα- „μῶς καταφρονητέον, ἐπεὶ καὶ τῷ θεῷ ἀπάρεστοι καὶ „τῷ ἰδίῳ συνειδότι ἔχθροι ἐσόμεθα".

Posidonius, qui cum magistro suo Panaetio, magna auctoritate apud Romanos erat, ut daemonem sequerentur, Romanos monuit; cf. Pos. ap. Gal. 469: „τὸ „κατὰ πᾶν ἕπεσθαι τῷ ἐν αὐτοῖς δαίμονι."

Et Chrysippus hac de re scripsisse videtur, quod legimus ap. Diog. Laert. 7. 88: „.... εἶναι δ' αὐτὸ „τοῦτο τὴν τοῦ εὐδαίμονος ἀρετὴν καὶ εὔροιαν βίου, ὅταν „πάντα πράττηται κατὰ τὴν συμφωνίαν τοῦ παρ' ἑκάστῳ „δαίμονος πρὸς τὴν τοῦ τῶν ὅλων διοικητοῦ βούλησιν".

De daemone et M. Aurelius agit (5. 27):
„ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, „ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ. οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος."

Daemon igitur hoc loco eandem significationem habet atque „*mens*". Vocem, quae est mens, saepius idem significare atque conscientiam, in capite, quod sequitur, uberius ostendam; nunc unum tantum locum,

quo consensus appareat, afferam: apud Ciceronem legitur (de off. 3. 44): „Cum vero iurato sententia „dicenda sit, meminerit *deum se adhibere testem* „*id est, mentem suam*, qua nihil homini dedit deus „ipse divinius".

Recte Lactantius dicit, *mentem hoc loco idem valere atque conscientiam*: „Non minus", inquit „mirabiliter „*de conscientia et Deo* Tullius; meminerit, inquit, „Deum se adhibere testem; id est (ut ego arbitror) „*mentem suam*, qua nihil homini dedit deus ipse „divinius".

Apuleius (de Deo Socr. 16) de daemone sic agit: „Deinde vos omnes, qui hanc Platonis divinam „sententiam me interprete auscultatis, ita animos ves- „tros ad quaecumque agenda vel meditanda formate, „ut sciatis nihil homini prae istis custodibus non intra „animum nec foris esse secreti, quin omnia curiose ille „participet, omnia visitet, omnia intellegat, *in ipsis* „*penitissimis mentibus vice conscientiae* deversetur".

Omnibus perpensis dubitari non licet, quin voces, quae sunt *δαίμων* atque *conscientia*, interdum idem significent; quod et Bonhöffer putat (o. l. p. 83): „Es bedeutet den göttlichen Bestandteil des Men- „schen, die Vernunft, welche ein Absenker der „Gottheit also so zusagen der in jedem einzelnen „Menschen, localisierte Gott ist .... Als beständiger „nicht zu täuschender Wächter und Richter ist *dieser* „*Dämon identisch mit dem Gewissen.*"

Daemon ille dicitur „custos, singularis praefectus „domesticus speculator, proprius curator, intimus „cognitor, adsiduus observator, individuus arbiter, „inseparabilis testis, malorum improbator, bonorum

„probator" (Apul. de Deo Socr. 16) Quae omnia et de conscientia leguntur; apud Amm. (28. 6. 20) conscientia flagitiorum arbitra vocatur; Cassianus (11. 8. 5.) conscientiam dicit arbitram non solum actuum, sed etiam cogitationum[1]). Etiam Genii cum daemonibus aequantur. Eum (daemonem)" inquit Apuleius (de Deo Socr. 15) „nostra lingua, ut „ego interpretor, haud sciam an bono certe quidem „meo periculo poteris Genium vocare." Mirum in modum in idem congruunt ea, quae nuper Alb. C. Kruyt de gentibus Indonesiis commemoravit (cf. Verslag. en Med. v/d Kon. Ac. v. Wet. Afd. Lett. 4e Reeks, 8e Deel, 3e stuk):

„Van sommige volken vernamen wij dat de be- „geleidende geest, als een „stem in zijn binnenste" „waarschuwt. Er is een voortdurend contact tusschen „deze en de mensch. En *wie is nu die geleigeest* „*die Koekang der Dajaks? Hierop is maar één ant-* „*woord: dit is 't geweten des menschen*, de stem, die „in hem spreekt. Dat men bij dit begrip van ge- „weten niet kan spreken van een goed en kwaad „geweten spreekt van zelf."

Seneca daemonem spiritum vocat; cf. Ep. 41. 2: „Sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorum- „que nostrorum observator et custos. Hic, prout a „nobis tractatus est, ita nos ipse tractat."

Postrema haec verba difficultatem praebent. Adhuc daemon omnibus in locis, quos laudaveram, erat mens divina, animus rectus, ὀρθὸς λόγος. In Senecae vero verbis daemon mutabile quid videtur esse, id quod et apparet in M. Aur. 2. 17: „(φιλοσοφεῖν

1) Cf. Thesaur. Linguae Lat. in voce *arbitra*.

„ἐστι) τηρεῖν τὸν ἐνδὸν δαίμονα ἀνύβριστον καὶ ἀσινῆ."

Non solum igitur δαίμων est imago perfectae rationis, sed etiam idem significare videtur atque semina illa in corporibus humanis dispersa, de quibus Seneca sic agit (Ep. 73): „Nulla sine Deo mens bona est. „Semina in corporibus humanis divina dispersa sunt. „Quae si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt „et paria his, ex quibus orta sunt, surgunt: si malus, „non aliter quam humus sterilis ac palustris, necat, „ac deinde creat purgamenta pro frugibus."

Hac de re Bonhöffer (o. l. p. 83): „Vielmehr „representiert der Dämon gewissermassen die eine „Seite nur der menschlichen Vernunft d. h. die mit „Gott und dem göttlichen Gesetz übereinstimmende, „vollkommene Vernunft gegenüber der empirischen, „unvollkommenen: der Dämon ist die urbildliche, „ideale Persönlichkeit gegenüber der empirischen „Persönlichkeit und der Mensch hat die Aufgabe, „die letztere der ersteren immer mehr konform zu „machen."

Stoici peccatum negare non poterant, quam ob rem, ut peccatum explicarent, daemonem mutari posse peioremque fieri docebant [1]). Varro de malo daemone dicit:

„Saltem infernus tenebrio ὁ κακὸς δαίμων atqui „habet homines sollicitos, quod eum peius formidant „quam fullo ululam" (Varr. Sat. Men. fragm. ed. Riese p. 222).

Verba, quae sunt ὁ κακὸς δαίμων Furias in mentem

1) cf. Bonhöffer, o. l. p. 85: „Wie die προαίρεσις, welche von „Natur das Göttliche im Menschen ist, doch sich selbst umwandeln und „verschlechtern kann, wie das ἡγεμονικόν, das ebenfalls identisch ist mit

revocare, haud cuiquam in dubio erit [1]). Sic δαίμονες multis nominibus partibus conscientiae fungi ex iis, quae attuli, satis apparet.

Non est dubium, quin id, quod Stoici de deo atque de religione existimarunt, ad notionem conscientiae doctrinamque moralem evolvendam permultum valuerit [2]).

„ὁ θεὸς ἔνδον ἐστί, καὶ ὁ ὑμέτερος Δαίμων ἐστί." (Epict. diss. I. 14. 14).

Se ipsum noscere summa sapientia habebatur.

ἀρκεῖ πρὸς μόνῳ τῷ ἔνδον ἑαυτοῦ δαίμονι εἶναι καὶ τοῦτον γνησίως θεραπεύειν. (M. Aur. 2. 10). Partem divini spiritus cum homines in se haberent, ipsi sibi, quid bonum, quid malum esset, erant conscii.

Iure Hirzel (ΑΓΡΑΦΟΣ ΝΟΜΟΣ p. 53) dicit:

„Nicht mehr als eine fremde Macht erscheint das „Gesetz, die von aussen her nur die Handlungen „des Menschen bindet, es wird in die Gesinnung, „in den Willen aufgenommen und so der Grund „zur wahren Sittlichkeit" sqq. [3]).

„dem θεῖον in uns, sich selbst wandelt und macht zu dem, was empirisch „ist, so konnten die Stoiker auch den Dämon nicht in seiner ursprünglichen „Reinheit und Göttlichkeit verharrend denken, sondern waren genötigt, „ihn in die Schwankungen des wirklichen, sittlichen Lebens hinein zu ziehen".

1) cf. Dietrich, Nekuia, p. 59: „Freilich sind an die Stelle dieser „Erinyen später vielfach δαίμονες getreten".

2) cf. Cic. de Nat. Deor. 2. 71:

„Cultus autem Deorum est optimus idemque castissimus atque sanctissi- „mus plenissimusque pietatis, ut eos semper *pura*, *integra*, *incorrupta et* „*mente et voce veneremur*".

3) Idem Eucken, de Stoicis agens, dicit (Grundbegriffe der Gegenwart, p. 220):

„Die moralische Aufgabe wird als eine Sache des inneren und ganzen „Menschen von allem andern Thun scharf abgesondert und bis zur vollen „Unvergleichlichkeit darüber hinausgeschoben; in Begriffen wie Pflicht und „Gewissen bekundet sich eine zugleich innerliche und kräftigere Art des Seins".

Sed de conscientia, cuius actiones in religione conspiciantur iam, satis mihi dixisse videor.

De voce conscientiae nunc agemus, quae, quum nusquam fere, nisi in rebus, quae ad vitam moralem pertinent, occurrat, prius nonnulla de moribus Romanorum antecedant.

CAPUT III.

Quo de conscientia, quae in vita moribusque Romanorum eluceat, investigatur.

§ 1. Iam in capite secundo ostendimus, *vim* conscientiae, quamquam deorum cultus, quominus notio conscientiae cresceret, impediret, antiquis non ignotam fuisse, *vocem* vero conscientiae in rebus, quae ad religionem pertinerent, numquam ab iis usurpatam esse.

In iis quoque, quae de vita moribusque antiquorum Romanorum legimus, passim conscientiae vis tam testandi quam iudicandi conspicitur [1]).

Notiones culpae poenitentiaeque [2]), quas apud omnes populos quamvis efferatos observari licet, iam ipsae actionem conscientiae indicant. Vox, quae est delictum, quae apud Plautum legitur, ad normas quasdam, ad regulas nonnullas, secundum quas conscientia iudicat, spectat, quibus neglectis a recta via deceditur.

De normis illis late fuseque dicere neque hu-

---

1) cf. Nägelsbach, o. l. p. 370: „Ein Gewissen und somit ein Gefühl „der Sündenschuld, eine mehr oder minder tiefe Erkenntniss menschlicher „Sündhaftigkeit war von jeher da".

2) cf. Plaut. Most. 170: „Cor dolet, quum scio, ut nunc sum atque ut fui."

iusce disputationis, neque necessarium putavi; pauca tantummodo, priusquam de ipsa conscientiae voce ac notione agam de vita moribusque Romanorum disseram.

Conscientiae „congenitae et ingenitae" [1]) officium est, testem esse atque monitricem eorum, *quae Deo debemus* „quin boni ac mali discrimen nobis adicit „atque ita nos accusat, dum nobis ipsi conscii „sumus, non esse, ut decuit, officio nostro defunctos." (Calv. Op. Corp. Scr. Ref. XXIX. p. 29).

Inter omnes virtutes, Romanorum indoles ad iustitiam colendam valde propensa, maxime fidem pietatemque colebat [2]), quin etiam sanctas habebat. Cf. Ter. Phorm. 904:

„Heus, quanta, quanta haec mea paupertas est, tamen
„Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mi esset fides.".

Iam Numa Pompilius Fidei sollemne instituisse dicebatur, ut eo maior cura apud antiquos esset, ut fidem servarent eamque colerent, tamquam deam in animo positam. (cf. Liv. I. 21).

Fides atque iusiurandum, ut ait Livius (I. 21.)

---

1) cf. Tert. de test. an. c. 5 (Corp. Scr. Eccl. Lat. Vind. XX, 1).

2) cf. Comm. Bern. ap. Luc. II, 2: „Duo sunt praecipue Romanae virtu„tes, militaris virtus et pietas."

Praeterea cf. Voigt, Ius Naturale, 1875, p. 228: „In dem Volks„charakter des alten Römers leuchtet als einer der schönsten und ein„nehmendsten Züge strahlend hervor jene aüszerste Gewissenhaftigkeit und „peinliche Genauigkeit in Erfüllung übernommener Verpflichtungen, jene „höchste Lauterkeit in allen Dingen, der fides insbesondere." Voigt, ut haec demonstraret, permultos locos ex scriptoribus latinis attulit.

In bonae fidei iudiciis libera potestas permitti videbatur iudici ex aequo et bono aestimandi (Gai. Inst. 4. 61).

cf. Wissowa, Pauly's Real Enc., III, sub voce: „Bona fides ist das „gute Gewissen, die redliche Gesinnung, Zuverlässigkeit, Treu und Glauben".

pro obnoxio legum ac poenarum metu civitatem regebant. Ad illam antiquam fidem pietatemque degenerata posteritas saepius maesto animo respiciebat. „Apud maiores" inquit Servius „magna cura „erat fides" (in Aen. 9. 143.) Praesertim poetae „vetustissimos mortalium" summa morum praestantia insignes fuisse fingunt. Audias Ov. Met. 1. 89:
„Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo
„Sponte sua sine lege fidem rectumque colebat.
„Poena metusque aberant."

Saepe et Tacitus ad ea tempora respicit: „Vetu„stissimi mortalium nulla adhuc mala libidine sine „probro, scelere eoque sine poena aut coercitionibus „agebant" (Ann. 3. 26). Alii vero, historiae potissimum scriptores, homines ex rudi statu paulatim ad meliora progressos esse putabant [1]). Ad statum originalem, ut ita dicam, aetas illa aurea spectare videtur, cuius notiones quaedam in animis hominum relictae erant. Sed melius quam illi, qui antiquitatem sponte sua recte iusteque vivere fingebant, Cicero dicebat, homines veri iuris germanaeque iustitiae solidam et expressam effigiem nullam habere. „Um„bra et imaginibus utimur: eas ipsas utinam seque„remur!" (Cic. de off. 3. 69).

---

1) cf. Rudolf Hirzel, ΑΓΡΑΦΟΣ ΝΟΜΟΣ p. 79:
„Am Anfang aller Geschichte oder vielmehr noch vor demselben lag „nach der Ansicht des einen die Zeit, in der die Menschen unter der „Herrschaft des ungeschriebenen Gesetzes ein seeliges Dasein lebten und „aller weitere Verlauf der geschichtlichen Entwickelung war nichts als „ein Herabsinken von dieser ursprünglichen Höhe; umgekehrt meinten „die Andern, dasz die Menschen sich erst allmählich aus einem wüsten „thierartigen Zustand erhoben hätten und dasz der Bringer aller Cultur „das Gesetz und zwar das geschriebene gewesen sei."

Neque vero Romanos natura ad iustitiam fidemque colendam proclivos fuisse, negandum est; quin etiam multarum virtutum, ait Cicero, „Romae de-„dicata publice templa sunt, ut illa, qui habeant, „(habent autem omnes boni), deos ipsos in animis „suis conlocatos putent" (de leg. 2. 28.)

Sed paulatim in gerenda republica, ut nostris temporibus, sic aetate rei publicae Romanorum, utilitas voluptasque primas partes obtinebant, quae, quantum a iustitia recedant, praesertim nostra aetate luce clarius est. A pueris Romani commoda patriae prima putare discebant, quod, quamvis primo obtutu pulcherrimum videatur, omnium vitiorum fons origoque factum est. Audias hac de re Schmekel („die Philosophie der mittleren Stoa" Berlin 1892 p. 441): „Als die höchste und unbedingte Auto-„rität im practischen Leben galt dem echten alten „Römer das Staatswohl [1]) . . . . aber wenn auch der „Egoismus, welcher in dieser unbedingten und in-„diskutierbaren Autorität des Staatswohles lag, nicht „notwendig die Grenzen einer gesunden Moral zu „überschreiten brauchte, so lag doch die Gefahr dazu „ausserordentlich nahe."

Imperandi studium mores bonos corrumpebat; „Nulla est tam stulta civitas" ait Cicero „quae „non iniuste imperare malit quam servire iuste." (Rep. 3. c. 18).

1) cf. Cic. Rep. 1. c. 48: „Sed quoniam plurima beneficia continet „patria et est antiquior parens quam si qui curaverit: maior igitur pro-„fecto ei, quam parenti debetur gratia". Praeterea cf. Luc. Phars. 1. 181:

„Hinc usura vorax, avidumque in tempore foenus
„Et concussa fides et multis utile bellum."

Deinde cf. Sall. Cat. 6. 3; Iuv. Sat. 2. 6. 298—299.

Immo apud Lactantium (Inst. div. 3. 17) legimus Romanos ab Epicuro didicisse „sapientis „esse malefacere, si et utile et tutum." Romanis „si iusti esse velint" inquit Carneades „hoc est si „si aliena restituant, ad casas esse redeundum et in egestate ac miseriis iacendum" (Lact. Inst. div. 5. 17). Cum autem utilitas apud Romanos magis magisque norma vivendi fieret, vera honestas, summa norma deficiente, deerat. Civitas mores religionemque gubernabat atque censura „morum severissimum magisterium" fiebat. cf. Ihering, Geist d. Röm. R., p. 342: Die von der Religion versäumte Moral „wird Sache der Staatsverwaltung."

Censores moribus praefecti erant [2]).

Cf. Cic. Cluent. 129: „Tu es praefectus moribus, „tu magister veteris disciplinae ac severitatis." Censorum iudicium damnatos, rubore excitatos, ut rursus digni civibus suis viderentur, adhortabatur [3]).

Verumtamen, quamquam ad rei publicae rationes omnia referebantur potiorque „utilis quam honesti cura [4])" esse videbatur, passim in litterarum monu-

---

1) Bussell, The school of Plato, p. 211, hanc vitae morumque consuetudinem argute vocat „*state-conscius morality*".

2) cf. Karlowa, Röm. Rechtsgesch., I, p. 236: „Die Censoren sind die „Organen des öffentlichen Gewissens".

3) cf. Val. Max. 2. 9. 9; memoria digna sunt ea, quae de censorum iudicio apud Ciceronem leguntur (de Orat. 2. 367): „Et Catulus, Quid, „quod dixisti, inquit, Crasse, si hic hodie apud te maneremus, te morem „nobis esse gesturum nihilne *ad fidem tuam* putas pertinere? Tum Cotta „ridens, Possem tibi, inquit, Crasse, concedere: *sed vide*, *nequid Catulus* „*attulerit religionis. Opus hoc censorium est.*" Recte huic loco adnotat Piderit: „Eine Gewissenspflicht, der man also nicht auszuweichen darf, „wenn man sich nicht die nota censoria zuziehen will."

4) cf. Liv. 42. 47.

mentis investigandis lumen conscientiae conspicitur atque vox melioris vitae moralis auditur. Apud Plautum, ut exempla quaedam afferam, legitur (Trin. 1128):

„Si quid amicum erga bene feci aut consului fideliter
Non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror."

Apud eundem (Bacch. 485):

„Nam ego illum perisse dico, quoi quidem periit pudor."

Plautus, qui multa praecepta moralia comoediis immiscuit, „dies noctesque" Romanos, ut antiquis moribus viverent, monebat [1]).

In Trin. 283. sqq. leguntur:

„Novi ego hoc saeculum moribus quibus sit:
„Malus bonum malum esse volt, ut sit sui similis:
„Turbant, miscent mores mali, rapax, avarus, invidus:
„Sacrum profanum, publicum privatum habent, hiulca gens.
„*Haec ego doleo, haec sunt, quae excruciant, haec*
„*dies noctis canto, ut caveas.*"

Quae verba, etiamsi ex Graecorum sermone versa sint, sine dubio, ad rerum Romanorum statum indicandum, Plautus apta iudicavit. Bona fide dicere atque vivere, pectus purum atque firmum gestitare, ut ait Ennius, omnium officium erat.

Vim conscientiae, quae accuset, ubicumque licet observari.

---

1) cf. Plaut. Trin. ed. Brix, Einleit. p. 9:

„Erwägt man ferner, dasz er nicht allein die Lachmuskeln in Bewe-
„gung zu setzen verstand, sondern auch das Ethische mit dem Komischen
„verbindend auf das sittliche und öffentliche Leben in der ernstesten Weise
„einzuwirken sich bemühte, ... so kann man sich bei der Bedeutung,
„welche damals das Theater für Volksbildung hatte, eine Vorstellung machen,
„welchen Einflusz eine ungefähr 40jährige Bühnenthätigkeit auf die sittliche
„und ästhetische Bildung des kriegerischen rauhen Römervolks gehabt
„haben musz".

Luculenter ea vis effulget in Lysitele iuvene, quem Plautus in Trinummo in scaenam producit. Ut Hercules quondam, sic Lysiteles in trivia versatur nec, utrum voluptati an virtuti obsequi melius sit, satis ei liquet.

Dicit (vs. 225): „Egomet me coquo et macero et defetigo:

Magister mihi exercitor animus nunc est."

Animus igitur eum regit eumque, quid ei faciendum sit, docet; iudicis atque rei partibus hac in re simul fungitur.

„Ut utramque rem simul exputem, iudex sim reusque ad eam rem" (vs. 234).

Iuvenis sibi conscius est, sibi nunc, quid agendum sit, deligendum esse; parentes eum bene educaverant exstruxerantque tamquam fundamentum vitae eius. Dum in potestate fabrorum sunt liberi, plerumque probi frugique manent; postquam vero, ut Plauti verbis utar (Most. 129—145), immigraverunt in ingenium suum, saepius operam fabrorum ilico perdunt. Lysiteles autem, cui sine cortice nare [1]) pro aetate iam licuit, admonitorum parentum non oblitus est graviterque secum, quid facturus sit, reputat.

Ipse iudex atque reus est; iam cogitato scelere se ipse accusat. Hoc est opus conscientiae hominem, cum peccaverit, accusare.

Verumtamen bene perspicienti Lysiteles sensum verae honestatis non habet.

---

1) cf. Hor. Sat. 1. 4. 119:

„Simulac duraverit aetas
„Membra animumque tuum, nabis sine cortice".

„Certa res est" inquit „ad frugem adplicare animum,
„Quamquam ibi animo labos grandis capitur.
„Boni sibi haec expetunt, rem, fidem, honorem
„Gloriam et gratiam: hoc probis pretiumst.
„Eo mihi magis lubet cum probis potius quam
„Cum improbis vivere vanidicis" (Plaut. Trin. 270—275). Vitam vere moralem igitur ignorat. Recte enim iam Seneca dicit:

„Male agit, qui *famae* (i. e. opinioni) non con-„scientiae gratus est. (Ben. 6. 42)."

Nam Stoici famam, opinionemque publicam contemnentes, veram honestatem putabant illud ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. Id tantum honestum putabant quod tale sit „ut detracta omni utilitate sine ullis „praemiis fructibusve per se ipsum possit laudari." (Cic. de fin. 2. 45). Eos vero, qui non facerent, quod vere honestum esset, non sui sed alieni arbitrii esse existimabant.

Illud Ciceronis: „Mea mihi conscientia pluris est, „quam omnium sermo [1])" a Lysitele alienum erat.

Ut religio sic vita moresque Romanorum antiquorum, nimis extrinsecus religata erant neque virtus a se oriebatur [2]).

Rectissime Luthardt dicit (die antike Ethik p. 13): „Wenn das Alterthum überhaupt das Zeitalter „der ausschlieszlichen Herrschaft des Staates war, so „gilt diesz vor Allem von Rom.

„Hier beherrscht der staatliche Gedanke alle Ge-„biete. Die Religion war überall Staatssache . . . „Das prägt der Religion ihren äuszerlich gesetz-

---

1) Cic. Att. 12. 28.
2) Cic. Tusc. disp. 3. 37.

„lichen Charakter auf. Und das gilt *von alleübri-*
„*gen Lebensgebieten . . . . Vor der Unbedingtheit des*
„*äuszeren Gesetzes verschwindet die innere Gemüths-*
„*welt der einzelnen Persönlichkeit.*"

Lex igitur cum esset quodammodo extra hominem posita, conscientiae notio, quae lege tamquam nititur adolescere non poterat. Sane hic illic, ut supra iam dixi, agere conscientiam conspicitur, sed iure Kähler (o. l. p. 20) dicit: „Allerdings werden an-
„schauliche Schilderungen dieser Vorgänge durch
„ihre unwillkürliche Aufrichtigkeit und unmittelbare
„Frische schätzbare Fundgruben für den bleiben,
„welcher den Inhalt unseres Seelenlebens zu erheben
„bemüht ist; aber man hat an ihnen keinen Beweis
„dafür, dasz die Aufmerksamkeit auch nur beginne,
„sich der Betrachtung des eigenen Innern zuzuwenden.
„Erst dann hebt ein klareres Selbstbewusztsein zu
„tagen an, wenn man die inneren Erlebnisse nach
„ihren Eigentümlichkeiten in Gruppen verbindet
„und sondert. Eben damit stellt sich dann auch
„das Bedürfnisz nach einem bestimmten Namen ein."

§ 2. Iam quaeritur, quomodo ea mentis actio, quae Ciceronis temporibus vulgo voce conscientiae indicabatur, a scriptoribus antiquioribus notata sit.

Ut in Testamento Vetere, ubi notio conscientiae non invenitur, vox, quae est לֵב i. e. *καρδία*, saepius actionem conscientiae indicat [1]) partibusque vocis

---

1) cf. Delitzsch, System der Biblischen Psychologie, p. 207: „Alles
„was hellenisch und hellenistisch *νοῦς, συνείδησις, θυμός* genannt wird,
„liegt in *καρδία* in einander".

conscientiae fungitur, sic et scriptores Romanorum tam vetustiores quam recentiores voces, quae sunt „animus, mens, pectus" ad vim conscientiae indicandam usurpant.

Non est, cur hoc miremur!

„Animi enim" ait Cicero (de Orat. 3. 221) „est omnis actio" [1]). Ea aetate, qua involutae animi notiones intelligentiaeque nondum excussae erant neque homines acute animi facultates actionesque discernebant, quid mirum, si scrupulos aculeosque illos, qui dies noctesque stimulant ac pungunt, (cf. Cic. Rosc Am. 2. 6.) vocibus, quae sunt *animus*, *mens*, *pectus* indicabant. Quae voces et iis temporibus, quibus vox conscientiae frequenter usurpabatur, saepius idem significabant. Et nostra in lingua idem conspicitur, quae vocibus, quae sunt „gemoedsbezwaren" et „gewetensbezwaren" eandem fere vim tribuit.

Iam in narrando, quomodo Lysiteles ille secum pugnaret, vocem quae est „animus" partes conscientiae obtinentem vidimus."

Alia exempla haec sunt:

Liv. 6. 34.

„Confusam eam ex recenti morsu animi cum pater „forte vidisset."

Cic. de off. 3. 44.

„Cum vero iurato sententia dicenda sit, meminerit „deum se adhibere testem, id est, mentem suam, „ut arbitror, qua nihil homini dedit deus ipse „divinius."

---

1) cf. Cic. de leg. 2. 24: „Caste iubet lex adire ad deos animo vide- „licet, in quo sunt omnia."

Et Lactantius putat, mentem hoc loco idem valere atque conscientiam; dicit enim:

„Non minus mirabiliter de conscientia et Deo „Tullius; meminerit, inquit, Deum se adhibere „testem; id est (ut arbitror) mentem suam, qua „nihil homini dedit ipse divinius."

Tac. Ann. 6. 6.

„Tiberium non fortuna, non solitudines protegebant, „quin tormenta pectoris suasque ipse poenas „fateretur."

Quintil. Decl. 314.

„Conscientiam esse, quae torqueat, animum esse, „qui urat."

Quintil. Inst. 12. 1. 7.

„Nihil est enim tam occupatum, tam multiforme „tot ac tam variis affectibus concisum atque lace-„ratum quam mala mens."

Quintil. Decl. Mai. 12. 28.

„Meum sine (sane?) conscientia urunt animum „intus scelerum faces et quotiens facta reputavi „*flagella mentis* sonant. Ultrices video Furias et „in quamcunque me partem converti, occurrunt „umbrae meorum. Habitat nescio quae in pectore „poena."

Iuv. Sat. 5. 13. 192—195.

„Cur tamen hos tu
„Evasisse putes, quos dira conscia facti
„Mens habet attonitos et surdo verbere caedit
„Occultum quatiente animo tortore flagellum."

Omnibus his locis perpensis, animum vel mentem vel pectus interdum idem valere atque conscientiam,

satis apparet. Quibuscum locis locutionem „ex animi sententia" in iureiurando faciendo usitatam, velim compares, de qua de Savigny haec scripsit (Vermischte Schriften I, 87): „Ex animi sententia" hiesz: „Auf dein Gewissen, und war der gewöhnliche Aus- „druck einer feierlichen Frage."

§ 3. Interdum vocibus, quae sunt animus et mens adiectivum „conscius" additur.

Plautus semel tantum locutione, quae est animus conscius utitur (Most. 544):

„Nil est miserius quam animus conscius,
„Sicut me habet."

Contracto genere dicendi hoc loco poeta utitur, nam „animus conscius" brevius dictum est pro „animus sibi conscius mali." Tali genere dicendi clare ostenditur, unicuique ex spectatoribus, quid cogitando explendum esset, perspicuum fuisse [1]).

---

1) His de verbis Plauti apud v. Langen, Beiträge zur Kritik und Erklärung des Plautus, legimus haec (p. 122): „Die Bedeutung schuld- „bewuszt hat Plautus an einer Stelle Most. 544: „nil est miserius sqq." „Die Beispiele, in welchen conscius überhaupt bei Plautus vorkommt sind „nicht so viele, dasz man behaupten könne diese Bedeutung widerspreche „dem sonstigen Gebrauche des Dichters, aber der ganze Mostellaria-Vers „sieht doch eher so aus, als wenn er in die sogenannte Spruchsammlung „des Syrus gehörte: dem Munde eines verschmitzten Sklaven steht die „Moral übel an. Auch mit dem unmittelbar folgenden Worten „sicut me „habet", weisz ich nichts an zufangen .... Am liebsten möchte ich die „ganze Expectoration der Furcht, die mir hier wenig geeignet scheint, tilgen".

Ussing annotat: „Quid? Nam animus conscius hominem habere parum „recte dicitur. Both „mi habet" paulo obscurius; R. „nunc" addidit ac „versus aliquid excidisse ostendit; itaque scripsi „meus nunc"".

Mea quidem opinione verba quae sunt „nihil est miserius quam animus hominis conscius sicut me habet" non est, cur suspicemur. Apud Terentium enim legitur (Andria, 940): „At mi unus scrupulus etiam restat, qui „*me male habet*". De scrupulo igitur idem fere, quod de animo conscio

Cui enim tormenta animi conscii ignota erant? Iniuriae sibi conscire, quantopere a quavis alia scientia differt! Sceleris conscientia terret atque excruciat scelestos. „Heu conscientia animi gravis „est servitus" (Publ. Syr. H. 25).

Verba, quae sunt „animus conscius" igitur nullo supplemento egebant; quis enim, quid illud secum scire sibi vellet, ignorabat?

Eodem modo apud Graecos verbum *συνειδέναι* absolute usurpatur cf. Lysias „Περὶ τοῦ Σηκοῦ" § 36:

„καὶ μὲν δὴ ὦ βουλὴ φανερὸν εἶναι ἡγοῦμαι ὅτι εἰ „Νικομάχου ἐξαιτοῦντος τοὺς ἀνθρώπους μὴ παρεδίδουν „ἐδόκουν ἂν ἐμαυτῷ συνειδέναι."

Idem invenitur apud Lyc. c. Leocr. § 30:

„διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτῷ ἔφυγεν."

Vox, quae est conscius, apud omnes fere scriptores latinos legitur.

Apud Non. Marc. II. 14 (ed. Mueller) legitur:

„Scius et conscius hoc differunt, quod scius secum, „conscius indifferenter positum legerimus."

Is, qui aliquid mecum scit, mihi conscius esse dicitur cf. Plaut. Rud. 926:

„Aurum hic ego inesse reor, nec mihi conscius „est ullus homo."

---

dicitur, scil. eum *male habere* prorsusque disturbare atque exagitare hominem. „Habere" igitur his locis significat „tractare"; plerumque adverbium verbo adiungitur. Apud Caesarem legimus „uti equitatu agmen adversariorum *male haberet* et carperet (de B. C. 1. 63)". Verba Plauti, quae modo laudavi — si vertas „niets is ellendiger dan een slecht geweten, zooals dat *mij* (nu) in zijn macht heeft, mij behandelt" — nihil non perspicuum est.

Is, qui aliquid secum scit, sibi conscius est alicuius rei [1]).

Animus, qui sibi sceleris conscius est, qui secum peccatum novit atque sentit, normis recti bonique facta iudicavit atque perpetuo iudicat; hinc, *delicto* indicato, timor exoritur.

Apud Lucretium, locutio, quae est animus conscius sive mens sibi conscia duobus locis, quos supra (cap. I) iam attuli, legitur.

Et his locis „mens sibi conscia'' significat „kwaad geweten, schuldbewust gemoed.''

Lucretius igitur, deorum metum licet tolleret, actionem conscientiae negare non potuit.

Epicurei, quamquam deos esse negare non poterant [2]) omne vinculum religionis evellerant virtutesque expetendas esse docebant ad voluptatem conquirendam.

Non ipsa virtus beatum efficit, sed voluptas, quae ex virtute est (cf. Sen. Ep. 85. 18).

Merito de Epicureis Windelbandt dicit (Geschichte

---

1) Con, particula, saepius voci, quacum coniungitur, maiorem vim attribuit. cf. Ter. Eun. 199:

„Egopol, quae mihi sum conscia, hoc certo scio
„Neque me finxisse falsi ....

Simili modo in voce belgica „geweten'' ge, particula, vim verbi auget.

Cf. „die gotische Bibel des Vulfila'', Gloss. v. Bernhardt, 1884, p. 249 in voce ga: „Die Grundbedeutung von ge, ga scheint die sociative zu sein, „mit, zusammen ....; aus dem Begriffe des zusammen entwickelt sich die „intensive Bedeutung von ga: gavaldan und gafraujinon „vollig beherrschen''.

Deinde cf. Kluge, Etym. Wörterb. in voce: „Mit der Grundbedeutung „der Vollständigkeit''.

Denique cf. Verdam, Middeln. Woordenb.,: „Dit begrip van veelvou- „digheid wijzigt zich tot dat van tenvolle, in allendeele of in alle deelen''.

2) Epic. ap. Diog. 123: „θεοὶ μὲν γάρ εἰσιν, ἐναργὴς μὲν γάρ ἐστιν ἡ γνῶσις''.

der alt. Phil. p. 193): „Es fehlt ihnen das „stoische Pflichtgefühl, die Bindung des Individuums „unter das allgemeine Gesetz, das Bewustsein der „Verantwortlichkeit."

Quamquam igitur Epicuri doctrina ad conscientiae notionem evolvendam parum apta erat, tamen conscientiae malae tormenta silentio praeterire non poterat.

Audias Epic. ap. Diog. 144: „ὁ δίκαιος ἀταρα„κτότατος ὁ δ' ἄδικος πλείστης ταραχῆς γέμων" [1]).

Id quod et Lucretius canit (3. 1009—1017):

„Cerberus et Furiae iam vero, et lucis egenus
„Tartarus horriferos eructans faucibus aestus,
„Quid? neque sunt usquam nec possunt esse profecto:
„Sed metus in vita poenarum pro male factis
„Est insignibus insignis, scelerisque luella,
„Carcer et horribilis de saxo iactu' deorsum
„Verbera, carnifices, robur, pix, lammina, taedae;
„Quae tamen etsi absunt, at mens sibi, conscia factis,
„Praemetuens adhibet stimulos, terretque flagellis".

Vergilius locutioni, quae est mens sibi conscia, novam significationem attribuit, ei adiectivum, quod est rectus, adiungens.

---

1) cf. Dr. J. Woltjer, Lucretii Philosophia cum fontibus comparata, 1877, p. 175: „Cum metum deorum sustulerit poeta, facile videri posset „nullam reliquisse vim, quae sceleratos continere possit et spem iis eri„pere fore ut semper scelera lateant et poenae non sequantur. Attamen „metus maculat poenarum praemia vitae. Circumretit enim vis atque iniuria „quemque, atque unde exortast, ad eum plerumque revertit nec facilest „placidam ac pacatam degere vitam, qui violat factis communia foedera „pacis: etsi fallit enim divom genus humanumque perpetuo tamen id fore „clam diffidere debet; quippe ubi se multi per somnia saepe loquentes „aut morbo delirantes protraxe ferantur et celata mala in medium et pec„cata dedisse".

Legimus (Aen. 1. 604):

„Si quid usquam iustitia est ac mens sibi conscia „recti[1]).”

Locutioni, quae est „mens sibi conscia recti” eadem vis inhaerere videtur, quae verbis quae sunt recta conscientia, de quibus mox dicturi sumus, inest. Virgilii aetate notitias quasdam iustitiae aequitatisque hominibus ingenitas esse docebatur legemque bonam a mala nulla alia nisi naturae norma dividi posse (cf. Cic. de leg. 1. 44).

Has ad regulas, quibus bona et mala iudicentur, Vergilius videtur spectare. Recte Forbiger huic loco annotat „i. e. haben ein Bewustsein vom Rechten.”

Eadem verba apud Ovidium prorsus aliud quid significant; cf. Fasti. 4. 311:

„Conscia mens recti famae mendacia risit.”

„Conscia mens recti” hoc loco idem est atque bona conscientia, quae, ut Senecae verbis utar „etiam „obruta delectat, quae contioni ac famae reclamat et „in se omnia reponit” (cf. Sen. Ben. 4. 21).

Ut in poematis sic in soluta oratione ea locutio, quae est animus conscius, *raro* occurrit.

Praeter locum Plautinum, supra laudatum, p. 88, unum tantum locum laudare possum. Sallustius, quem Gellius (Noct. Att. 1. 15) novatorem verborum vocat, inusitati generis dicendi cupidissimus dicit (Bell. Cat. 14):

„Postremo omnes, quos flagitium, egestas, animus „conscius exagitabat.”

Animus conscius h. l. idem est atque mala conscientia. Aliis locis, quibus de vi conscientia sermo est ipsa voce conscientiae Sallustius utitur.

1) cf. Aen. 2. 141: „Quod te per superos et conscia numina veri”.

Apparuit igitur, poetas, qui perraro voce conscientiae utebantur, cum parum quadraret in metrum dactylicum, locutiones, quae sunt animus conscius et mens sibi conscia, ad conscientiae notionem indicandam hic illic usurpavisse.

Iam ad ipsam vocem conscientiae tractandam venio.

§ 4. Capite primo, quo omnes locos, quibus vox conscientiae legitur, attuli, enumerandis in locis rationem significationis habui.

Proprie conscientia est communis complurium scientia; cf. Tac. Hist. 1. 25:

„In conscientiam facinoris pauci adsciti''.

Deinde „conscientia'' idem valet atque „bewustzijn'', „herinnering,'' eam scientiam dico, quae nobis nobiscum communis est atque penitus animo inhaeret. Plerumque significatio moralis ei inest; paucos tantummodo locos in capite primo afferre potui, quibus conscientia ad vitam moralem non spectaret. cf. Plin. Nat. 33. 12: „Ut in somno quoque unionum conscien„tia adsit.''

Tum permultos locos laudavi, quibus voci conscientiae, cui adiectus erat genetivus casus vel enuntiatum (sententia quaedam), significatio moralis inesset. Omnibus his locis conscientia vertenda est „bewustzijn.''

Ex locis enumeratis apparet, quantopere conscientia sceleris timorem excitet scelestosque ultima audere cogat [1]) vel in suprema compellat [2]); saepe muti

---

1) cf. Liv. 3. 2. 2) cf. Quintil. Decl. Mai. 4. 9.

fiunt scelesti, atque timor eos exanimatos invadit „id quod, inquit Cicero, „fieri solet.''

Bene factorum autem conscientia iucundissima putatur, hominemque erigit et sustentat. Inter omnes scriptores Cicero saepissime de conscientia maximorum ac pulcherrimorum factorum suorum dicit.

Quantopere sibi placeret et hinc bene perspicitur. Nonnulli vero loci Stoicam *αὐτάρκειαν* sapere mihi videntur, de qua infra uberius dicturus sum.

Denique vox conscientia significat „schuldbewustzijn'' aut „geweten,'' inter quas significationes saepius ambigitur.

Vox, quae est conscientia, primum invenitur apud Ciceronem in ea oratione, quam anno octogesimo a. C. n. pro S. Rosc. Am. habuit.

„Nolite enim putare'' inquit „eos qui aliquid com-„miserint agitari et perterreri taedibus ardentibus „Furiarum; suae quemque malae cogitationes con-„scientiaeque animi terrent; hae sunt domesticae „Furiae.'' (24. 67). Iam in capite secundo de hoc loco nonnulla scripsi. Aetatis Ciceronis erat omnium commenticiarum fabularum rationem reddere; itaque et Cicero Romanos Furias non existere docet neque extrinsecus venire.

Eadem fere apud Quintil. Decl. 314 legitur: „Nec tamen illa mihi vana quorundam videtur esse „persuasio, qui credunt non extrinsecus has furias „venire, nec ullius deorum impulsu hanc mortalibus „incidisse dementiam sed nasci intus; conscientiam „esse, quae torqueat, animum esse, qui urat.''

Cicero loco modo laudato forma plurali „con-„scientiae animi'' utitur, vocique conscientiae adiungit

vocem „animi." Landgraf recte vertit „Regungen „des Schuldbewustseins" (cf. Landgr. Cic. pro S. Rosc. Am.). Conferatur de hac voce Nägelsbach Lat. Stil. 8e Aufl. p. 189: „Das Abstractum, „indem es im Plural konkret wird, erweitert sich „damit zu einer Vielheit von Aüsserungen, Regungen, „Thätigkeiten; es ist die durch den Numerus be-„wirkte Verkörperung eines nicht sinnlichen Begriffes „in der Mannigfaltigkeit seiner sinnlichen Erschei-„nungen."

Locutio, quae est conscientia animi vel mentis, in litteris Romanis raro obvenit. Apud scriptores post Ciceronis aetatem viventes, fere non invenitur, ut ex locis in capite secundo huiusce disputationis allatis apparet. Apud Ciceronem sex locis legitur; Caesar, qui semel tantum voce conscientiae utitur, ei adiungit vocem quae est animi; in sententiis Publilii Syri notio conscientiae plerumque locutione, quae est animi conscientia, indicatur; praeterea apud Hyginum atque Tertullianum semel tantum verba, quae sunt animi conscientia, leguntur. Iam quaeritur, quaenam sententia ei subiecta sit; deinde cur ea locutio tam raro occurrat, ostendere conabor.

Plerumque conscientiam animi vel mentis significare „geweten" pro certo habeo neque Kählero astipulor dicenti (o. l. p. 57):

„Animi conscientia ist zunächst nur Umsetzung „des Inf. in das Nomen, mit dem Sinne: im ein-„zelnen Falle einer Sache inne werden; daher im „Unterschiede von fremder Mittheilung, etwas sich „selbst eingestehen müssen."

Iam supra, quantum dolorem animus conscius

i. e. mala conscientia afferret, ostendimus. Nihil erat miserius quam animus conscius; hic *animus* scelestos urebat atque torquebat: illic conscientiam sceleris tantam vim habere apparet, ut gravis servitus vocetur tacitumque tormentum.

Si quis conscientia sceleris exagitabatur, quantum malum ea conscientia animi esset, experiebatur.

Conscientia animi est gravis servitus; (Publ. Syr. H. 25); est poena sine lege (o. l. E. 21); magis magisque, quanta vis conscientiae animi inhaereret, perspiciebatur; ea conscientia, ea scientia, quam scelere cogitato vel commisso unusquisque secum gerebat, a quavis alia scientia toto genere differt: est servitus: Apuleius de stimulo *perpetuae conscientiae* dicit[1]).

Talis vis iam iam non solum timenda erat sed etiam aestimanda.

„Est sapientis iudicis," inquit Cicero .... „maximi „aestimare conscientiam mentis suae, quam a dis „immortalibus accepimus, quae a nobis divelli non „potest; quae si optimorum consiliorum atque fac„torum testis in omni vita nobis erit, sine ullo „metu et summa cum honestate vivemus" (Cluent. „159). Alio loco: „Si mihi eripuisses *divinam* animi „conscientiam" (Parad. 4. 29).

Non iam genetivo casu addito opus est; „Magna est „vis conscientiae," inquit Cicero, „et magna in utram„que partem, ut neque timeant, qui nihil commi-

---

1) Cf. Apul. Met. 8. 12: „Ultrices habebis pronubas et orbitatem comi„tem et perpetuae conscientiae stimulum".

Praeterea cf. Sen. Ep. 97: „Consentiamus mala facinora conscientia „flagellari et plurimum illi tormentorum esse eo, quod *perpetua illam solli„citudo* urget atque verberat".

„serint; et poenam semper ante oculos versari pu-
„tent, qui peccarint." (pro Mil. 61).

Genetivus casus, qui est animi, paulatim omittitur, atque dilabitur.

Cicero de *conscientiae labe in animo* loquitur.
cf. Cic. de off. 3. 85:

„Hunc tu, quas conscientiae labes *in animo*
„censes habuisse, quae vulnera?"

Iamiam conscientia suam vitam in animo agere coepit atque saepius humana specie induitur.
Apud. Publ. Syr. (C. 33) e. g. legimus:

Cicatrix conscientiae pro vulnere est.

Conscientia, ut deus in corpore hospitans „etiam
„obruta delectat .... *reclamat* et *in se* omnia re-
„ponit" (Sen. Ben. 4. 21). „Scelerati" inquit Curtius
„(6. 10.) conscientia *obstrepente* condormire non
„possunt." Aliis locis conscientia cum loco comparatur, quo iudex multique testes versantur.
cf. Cic. Tusc. disp. 2. 64:

„Nullum theatrum virtuti conscientia maius est."

Praeterea cf. Sen. Clem. 1. 13:

„Suam conscientiam *plenam* sceleribus ac tormentis adaperuit."

Iustorum vero corda *plena* sunt bona conscientia [1]). Sed haec iam sufficiant, quibus demonstretur, inter voces, quae sunt: *animus*, *animus conscius*, *animi conscientia*, *conscientia*; *mens*, *mens sibi conscia*, *mentis conscientia*, *conscientia*, locutiones, quae sunt *animi conscientia* atque *mentis conscientia* quodammodo medium cursum tenere, vel potius tamquam

---

1) cf. Sen. Dial. 7. 19.; Ben. 4. 22.

media in via versari, qua inde a vocibus „animus, mens, pectus" transeatur ad vocem „conscientiam." De variis vocibus, quibus actio conscientiae designabatur, nec non de voce *conscientiae*, quomodo paulatim vim moralem adipisceretur, haec habui, quae scriberem.

Quomodo ipsa conscientiae notio in Romanorum cordibus creverit, nec non quae causae, ut notio conscientiae adolesceret, effecerint, iam paucis disseram.

§ 5. Iam in capite secundo, quo de religione, quatenus ad conscientiam spectat, disserebatur, nonnulla hac de re scripsi.

Vidimus, rationem atque inclinationem temporum, cum vinculum religionis paulatim solveretur, homines ad sui ipsius contemplationem compulisse [1]).

Stoicorum doctrinam in evolvenda conscientiae notione multum valuisse, quis est, qui neget?

Stoici homines, ut se ipsi cognoscerent sibique ipsi imperarent, monuerunt atque destructa antiqua religione legi naturali summam vim tribuerunt.

Cf. „Stoicorum Veterum Fragmenta coll. Ioannes ab Arnim Vol. III, Chrys. Fragm. Mor. 314 p. 77:

„ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων „πραγμάτων, δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην εἶναι τῶν καλῶν καὶ „τῶν αἰσχρῶν καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα καὶ κατὰ τοῦτο

1) cf. Dr. J. Woltjer, o. l. p. 162: „Cum respublica Romae in dies „magis paucorum esset, plerique potius, quomodo commodis vitae divitiisque „in otio et tranquillitate frui, quam civium felicitatem augere possent, cogi„tabant. Cum pacatus animi status finis esset bonorum, moralis doctrina, „quae eum obtineri posse docebat, praecipua erat pars philosophiae".

„κανόνα τε εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν „ζῴων προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν „οὐ ποιητέον."

Huiusce legis natura parvas notitias tamquam semina animis ingenuit, „quae si," inquit Cicero, „adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura „perduceret" (Tusc. disp. 3. 2.). Itaque hominum est, ad ea principia, quae acceperunt, consequentia exquirere (cf. Cic. de fin. 5. 60). Uniuscuiusque, quin etiam omnis animalis est constitutioni suae conciliari [1]) et se ipsum diligere.

Sibi sui ipsius conscium fieri, „καταμαθεῖν τὴν φύσιν „καὶ ταύτῃ ἕπεσθαι" (cf. Epict. Ench. 49. 1.) summum officium esse debebat.

Deum ipsum in homines venisse, Stoici docent; se ipsum cognoscere, legi naturali omnibus mentibus insitae oboedire, ei voluntatem accommodare, hoc esse honestum, hanc esse veram virtutem [1]).

Non iam extrinsecus tantum homo sese ligatum sentit; lex, naturae insita, ea, quae facienda sunt, iubet prohibetque contraria.

Audias hac de re Hirzel „ΑΓΡΑΦΟΣ ΝΟΜΟΣ", p. 53:

„Nicht mehr als eine fremde Macht erscheint das „Gesetz, die von aussen her nur die Handlungen „des Menschen bindet; es wird in der Gesinnung, in

---

1) cf. Sen. Ep. 121. 4.

2) cf. Luthard, die antike Ethik, p. 120: „Stoicismus wie Epikure„ismus gehen von dem Aeuszern zurück auf das Innere. Aber während „der Epikureismus im Lustgefühl nur die aüszere Welt in das Innenleben „hineinträgt und hier genieszt, ist die Stoa die schlechthinnige Zurückziehung „von auszen nach innen und die absolute Position des Innern. Er hat die „Innerlichkeit eigentlich erst entdeckt und für das wahrhaft Reale erklärt; „damit aber zugleich die Allgemeinheit des sittlichen und menschlichen".

„dem Willen aufgenommen und so der Grund zur „wahren Sittlichkeit sondern auch zur Wissenschaft „der Ethik gelegt, die durch die Vorstellung von „einem im Innern des Menschen wirkenden leben-„digen Gesetze allererst möglich wird."

Inter eos, qui Stoicorum doctrinam Romae divulgaverunt, dignissimi sunt, qui nominentur, Panaetius Posidoniusque. Panaetius „vel princeps eius disciplinae [1])" „der Hauptbegründer des Römischen Stoicismus [2])" in multorum Romanorum nobilium familiaritate versabatur [3]). Nec minus Panaetii discipulus, Posidonius, in philosophia inter Romanos pervulgenda praestitit. Cf. Zeller, die Philosophie der Griechen III, 1e Abth. p. 574²: „Man kann dies „schon aus der Art abnehmen, wie Cicero seiner „erwähnt, der ihn durchaus als einen seinen römischen „Lesern *wohlbekannten* Mann behandelt vgl. z. B. „N. D. I. 44. 123: „familiaris omnium nostrum „Posidonius."

Stoicorum doctrina igitur, quae homines, ut legi animis insitae oboedirent, monebat, cum inter Romanos magis magisque diffunderetur, non poterat fieri, quin conscientiae notio dilataretur atque amplificaretur.

---

1) Cic. Div. I. 3. 6.

2) cf. Zeller, die Philosophie des Griechen, III, 1e Abth. p. 557.

3) cf. Cic. de Orat. 2. 154: „Et certe non tulit ullos haec civitas „aut gloria clariores aut auctoritate graviores aut humanitate politiores „P. Africano, C. Laelio, L. Furio, qui secum eruditissimos homines ex „Graecia palam semper habuerunt". Audias hac de re Schmekel „die Philos. der mittleren Stoa", p. 440: „Zu diesen Männern nun gehörten Q. Fab. „Max., der Bruder Scipios .... Q. Ael. Tubero .... C. Laelius, Junius „Brutus, L. Furius Philus, Sp. Mummius, Sext. Pomp , M' Manilius und „P. Rupilius; ferner der Dichter C. Lucilius, C. Fannius und Q. Muc. „Scaevola."

Vehementer iam vis conscientiae accusatricis sentiebatur neque mirum erat, si, Stoicis sui ipsius contemplationem summam virtutem esse existimantibus, vocis conscientiae vis paulatim cresceret.

Non iam timetur tantum, sed magni aestimatur conscientia.

Etenim sibi sui conscium fieri, erat divinam mentem cognoscere, cui lex natura insita est, lex, quae est recta ratio in iubendo et vetando [1]).

Huic legi, qui non parebit „ipse se fugiet ac „naturam hominis aspernatus hoc ipso luet maximas „poenas, etiamsi cetera supplicia, quae putantur, „effugerit" (Cic. Rep. 3. c. 22) [2]).

Non iam erranti hominum opinioni nec famae serviendum est, sed stabili conscientiae est oboediendum.

cf. Cic. de fin. 2. 71: „Ita pro vera certaque „iustitia simulationem nobis iustitiae traditis *praecipi-„tisque quodammodo, ut nostram stabilem conscientiam „contemnamus, aliorum errantem opinionem aucu-„pemur.*"

Virtutes non poenae aut infamiae metu, vero sanctitate sua exercendae sunt.

Legi naturali est oboediendum, cuius natura notitias quasdam ingenuit; haec lex est diffusa in omnes

---

1) cf. Cic. de leg. 1. 33:
„Quibus enim ratio a natura data est, iisdem etiam recta ratio data est: „ergo etiam lex, quae est recta ratio in iubendo et vetando".

2) cf. de leg. 1. 40: „Itaque poenas luunt non tam iudiciis .... „quam ut eos agitent insectenturque furiae, non ardentibus taedis sicut in „fabulis, sed angore conscientiae fraudisque cruciatu".

Praeterea cf. Rep. 3. c. 16: „Contra autem improbis semper aliqui „*scrupus* in animis haereat, semper iis ante oculos iudicia et supplicia „versentur".

„*constans*, *sempiterna*, quae vocet ad officium iubendo, „vetando a fraude deterreat." (cf. Cic. Rep. 3. c. 22. ap. Lact. Instit. 6. 8.)

Cicero igitur, conscientiam stabilem dicens, ad hanc *constantem sempiternamque* legem spectare videtur, qua conscientiae iudicium nititur.

Itaque verba, quae sunt stabilis conscientia, legislatoris munere fungi mihi videntur (das vorangehende, gesetzgebende Gewissen). Stabilis conscientia non est contemnenda, neque fama est aucupanda.

Conscientia duce vita paragenda est.

Conscientiam nonnumquam apud Ciceronem vim legislatoris habere et aliis ex locis apparet cf. Cic. Att. 13. 20.:

„De fama nihil sane laboro . . . . curandum enim „non est. Atque hoc: in omni vita sua quemque a „recta conscientia traversum unguem non oportet „discedere; viden' quam φιλοσόφως"?

Locutio, quae est recta conscientia, non idem significat atque, „bona conscientia." Recta conscientia ad easdem normas pertinere mihi videtur, de quibus Vergilius canit (Aen. 1. 603. 604):

„Di tibi, si qua pios respectant numina, si quid
„Usquam iustitia est et *mens sibi conscia recti*."

Kähler contra et hic et aliis, quos laudavi, locis de conscientia imperanti dici, negat. „Weit eher," inquit (o. l. p. 63) „könnte man diesen Sinn da „finden, wo Cicero die Zumuthung der Epikureer „ablehnt, die eigene stabilis conscientia um der „errans opinio anderer willen daran zu geben. Be„deutet doch bei ihm opinio auch den sittlichen „Irrthum; und demgemäsz versteht R. Hoffmann

„darunter falsche und zwar legislatorische Autoritäten. „Allein dort wird die Scheintugend (simulata iustitia) „welche die Furcht vor dem Uebel erzeugt, kurz „zuvor mit den Worten gemalt: malet existimari „bonus vir, ut non sit, quam esse, ut non putetur; „demnach wird augenscheinlich dem irrenden Ur„theile der öffentlichen Meinung die unbestechliche „unwandelbare Selbstbeurtheilung gegenübergestellt: „Hienach hat doch wohl Jahnel Recht, wenn er S. „22 behauptet, der Begriff des Gewissens als des „leitenden Gezetzesbewusztseins sei bei Cicero nicht „zu finden, es wäre denn an der einzigen Stelle: „de fama nihil .... sqq. (Cic. Att. 13. 20.).

„Unverkennbar übersetzt Cicero hier aus dem „Griechischen; gegenüber einer im vertraulichen „Schreiben der Feder entschlüpften Schwachheit, „ruft er sich die stolze stoische Verachtung der „öffentlichen Meinung zurück und bekennt sich zu „dem Lehrsatze von der Folgerichtigkeit als dem „Wesen der Tugend. „Wenn er sagt: ipsa virtus bre„vissime recta ratio dici potest (Tusc. 4. 34), „so ist recta ratio Uebersetzung von ὀρθὸς λόγος; „in ganz nahekommendem Sinne hat er hier con„scientia recta geschrieben und die Erklärung dafür „wird man entweder in der Unsicherkeit seines „philosophischen Sprachgebrauches beim Beginne „seiner dahin gerichteten Schriftstellerei oder wahr„scheinlicher darin finden, dasz ihm auch hier nicht „blosz ein regelndes Bewusztsein, sondern zugleich „und vorwiegend, das befriedigte Bewusztzein von „seiner mit der That bewährten rectitudo oder „recto ratio, seiner Folgerichtigkeit im bürgerlichen,

„Leben, in Gedanken lag. Dieser Entgegenstellung „gegen die fama vergleicht sich doch durchaus: „mea mihi conscientia pluris est quam omnium „sermo (Att. 12. 28.) und das ist eben die „praeclara conscientia des wohlverdienten und voraus-„sichtigen Staatsbürgers. So schwebt, will uns be-„dünken, recta conscientia zwischen recta ratio und „conscientia rectae voluntatis (fam. 6. 4.) in der Mitte."

Kähleri autem sententiae non astipulor. Apud Ciceronem enim (Acad. Quaest. 4. 58) legitur: „Habeo enim *regulam*, ut talia visa vera iudicem, „qualia falsa esse non possunt. *Ab hac mihi non „licet transversum*, *ut aiunt*, *digitum discedere*, ne „confundam omnia."

Haec verba, si conferimus cum loco, modo ex Epistulis laudato, ubi Cicero dicit: „in omni vita sua „quemque a recta conscientia traversum unguem „non oportet discedere" non est dubium quin „recta conscientia" idem significet atque „regula." Recta conscientia regula vitae est „quae quasi delapsa de „coelo est ad cognitionem omnium, regula, ad quam „omnia iudicia rerum dirigentur" (de fin. 1. 63). Kählerum locum ex Acad. Quaest. laudatum novisse verisimile non videtur.

Praeterea alii quoque loci idem docent.

Apud Apuleium (de Deo Socr. c. 16) legimus: „Deinde vos omnes, qui hanc Platonis divinam „sententiam me interprete auscultatis, ita animos „vestros ad quaecumque agenda vel meditanda for-„mate, ut sciatis, quin omnia curiose ille (daemon) „participet, omnia visitet, omnia intellegat, in ipsis „mentibus vice conscientiae deversetur."

Iam in capite secundo huiusce disputationis ostendimus daemonem interdum idem significare atque mentem divinam, animum rectum, ὀρθὸν λόγον, conscientiam.

Et daemonis igitur erat, imperare atque ducere; cf. M. Aur. Comm. 5. 27: „ὁ δαίμων ὃν ἑκάστῳ „προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ „οὗτος δὲ ἐστὶν ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος."

Jahnelius de verbis quae sunt „a recta conscientia „traversum unguem sqq" dicit haec (p. 29):

„Docent autem satis verba ipsa, Ciceronem dictum „usitatum tunc et notum ex libro aliquo philosophico „proferre et *aliquam Graecam vocem a Cicerone „verti conscientiam.*"

Idem Kählero videtur: *Unverkennbar übersetzt „Cicero hier aus dem Griechischen.*" Quibus equidem minime assentior.

Locutio, quae est „traversum unguem discedere ab aliqua re" apud Romanos quidem scriptores saepius redit, apud Graecos vero non invenitur.

E. g.: apud Plaut. Aul. 1. 1. 17, 18 legitur:

„Si hercle tu ex istoc loco
„Digitum transvorsum aut unguem latum excesseris."

Praeterea iam supra ex Cicerone laudavi Acad. Quaest. 4. 58: „Habeo enim regulam, ut talia visa vera „iudicem, qualia falsa esse non possunt. Ab hac „mihi non licet *transversum, ut aiunt, digitum disce- „dere*, ne confundam omnia." Deinde velim compares Cic. Ep. ad fam. 7. 25: „Urge igitur: nec „transversum unguem (quod aiunt) a stilo."

Locutio, quae est recta conscientia, Graece ὀρθὴ συνείδησις, semel tantum apud scriptores Graecos occurrit, scil. apud Stob. Flor. 24. 11:

„Βίας ἐρωτηθεὶς τί ἂν εἴη τῶν κατὰ τον βίον ἄφοβον, „εἶπε· ὀρθή συνείδησις," quae verba, cui tribuenda sint, incertum est. „ὀρθὴ συνείδησις" hoc loco non significat rectam conscientiam, sed bonam conscientiam. (Cf. Sen. Clem. 1. 15).

Quomodo atque quoties Graeci scriptores voce, quae est συνείδησις, usi sint, Kähler fusius uberius que disseruit, ad quem eos delego, qui hac de re plura scire velint. Romani nequaquam notionem [1]) neque vocem conscientiae a Graecis mutuati sunt, id quod ex iis, quae supra de evolvenda atque indicanda notione conscientiae apud Romanos scripsi, satis liquet.

Recte igitùr Eucken dicit („Geschichte der phil. Terminologie" p. 175): „Conscientia darf daher „nicht wohl als blosse Uebersetzung von συνείδησις angesehen werden." Id quod etiam ex loci notissimi Chrysippi interpretatione, lucide apparet.

Chrysippi verba, quae sunt „πρῶτον οἰκεῖον λέγων „(ὁ Χρύσιππος) εἶναι ζῴῳ τὴν ἑαυτοῦ σύστασιν καὶ τὴν „ταύτης συνείδησιν" (Diog. Laert. 7. 85) a Cicerone Senecaque memorantur. Quomodo? Uterque vocabulum συνείδησις vertit „sensus."

Apud Sen. Ep. 121. 5 legimus: „Quaerebamus „an *esset omnibus animalibus constitutionis suae sensus?*

Apud Cic. de fin. 3. 16: „Fieri autem non „potest, ut appeterent aliquid, nisi *sensum haberent* „*sui* eoque se diligerent." In notione conscientiae indicanda igitur tam Ciceronis quam Senecae verba non tantum „ἀπόγραφα" sunt (cf. Att. 12. 52); hac in re gloriari possunt: „Non interpretum fungimur

---

1) Cf. Jahnel, o. l. p. 100.

„munere, sed tuemur ea, quae dicta sunt ab iis, „quos probamus, eisque *nostrum iudicium et nostrum* „*scribendi ordinem* adiungimus (de fin. 1. 6)."

Sic et illud Ciceronis „in omni vita sua quemque „a recta conscientia traversum unguem non oportet „discedere' viden' quam φιλοσόφως?" mea quidem opinione ex Ciceronis mente profluxit.

Attende, quaeso, quae verbis allatis antecedunt. Legitur: „de fama nihil sane laboro, etsi *scripseram* „ad te tunc stulte „nihil melius"; curandum enim „non est. Atque hoc: „in omni vita sua quemque sqq."

Cicero ex litteris proximis quaedam laudat „etsi „scripseram ad te tunc stulte „nihil melius"; sic et verba, de quibus disputamus, Cicero iam ante scripsisse mihi videtur; iam amicum, quid his de verbis putet, rogat, „viden' quam φιλοσόφως." Cum enim locutione, quae est recta conscientia, ut lege, ut regula normaque vivendi uteretur, optime, quantopere ea significatio a vulgari sermone abhorreret, sensit, quamobrem exclamat „viden' quam φιλοσύφως [1]).

Plerumque vero conscientiae opus et apud Ciceronem et apud omnes scriptores, tam Graecos quam Romanos, est factorum cogitatorumque testimonium atque iudicium, quibus de muneribus nunc quaedam disseramus.

§ 6. In iudicio interno domesticoque conscientia partes accusatoris testis iudicis suscipit atque facta

---

1) Postquam haec scripsi, in clarissima Epistol. ad. Att. editione, quam vir clarissimus Boot curavit, huic loco annotatum vidi: „Quae se- „quuntur „nihil melius (scil. fama)" et „in vita sua quemque a recta con- „scientia sqq." *ipsius Ciceronis* sunt, illud e quadam ad Atticum epistola, „hoc fortasse ex opere de Rep. repetitum, quos libros adamabat atque *in* „*manibus habebat*".

cogitationesque sequitur vel comitatur. Primum de conscientia accusatrice agamus. „Magna vis est con- „scientiae, iudices" inquit Cicero „et magna in utram- „que partem: ut neque timeant, qui nihil com- „miserint et poenam *semper* ante oculos versari „putent, qui peccarint" (pro Mil. 61).

Conscientia, accusatrix, exagitat terretque homines; tacitum est tormentum.

„Quae autem" inquit Cicero „tanta ex improbis „factis ad minuendas vitae molestias accessio fieri „potest, quanta ad augendas cum conscientia fac- „torum tum poena legum odioque civium (de fin. 1. 51).

Tacitus de legionibus Cerialis mentionem facit, quae „stabant conscientia flagitii maestae, fixis in terram „oculis; .... nec perinde periculum aut metus quam „pudor ac dedecus obstupefecerat" (Tac. Hist. 4. 72).

Conscientia damnante homines erubescunt, expallent, titubant, inconstanter loquuntur „quae signa „conscientiae sunt" (Rhet. Her. 2. 5. 8.)[1]).

De rubore, conscientiae iudicio excitato, apud Ciceronem legimus (de fin. 2. 28):

„Deinde, ubi erubuit (vis enim est permagna na- „turae) confugit illuc, ut neget ...."[2]).

Clare Livius de conscientia indice dicit (33. 28): „Zeuxippus ...., suam magis conscientiam quam „indicium hominum .... metuens."

---

1) Cf. Macr. 7, 11; ubi ruboris causae explicantur:

„hoc" inquit Servius „ex te quaero, quod mihi contigisse dixisti, quae „faciat causa, ut rubor corpori ex animi pudore nascatur? Et ille „natura" „inquit „cum quid ei occurrit honesto pudore dignum, imum petendo pene- „trat sanguinem, quo commoto atque diffuso cutis tinguitur et inde nasci- „tur rubor".

2) Notionem conscientiae nonnumquam voce naturae indicari et ex hoc loco et ex aliis locis apparet (cf. Curt. 3. 6. 9; Sen. Ep. 45).

„Hic," inquit Seneca (Ep. 97) „consentiamus mala „facinora conscientia flagellari et plurimum illi tor„mentorum esse eo, quod *perpetua illam sollicitudo „urget ac verberat.*" Conscientia coarguit scelestos atque ipsos sibi ostendit (Sen. Ep. 97); subinde post facta respondere ad se cogit (Sen. Ep. 105).

Conscientia supplicium a sceleratis exigit (Val. Max. 7. 8. 8).

Conscientiae iudicium nemo effugere potest: „duos „iudices habes, illum, quem potes fallere (famam) „et te, quem non potes." (Sen. Ben. 6. 42). Nullo teste aut iudice nemo nocens absolvitur.

Erranti opinioni, quam antiquitas tanti habebat, Stoici, sed praesertim Seneca conscientiam anteponit „quam fallere non potes." Conscientia, quae semper homines coarguit ipsosque sibi ostendit, tamquam morum magister est, paedagogique munere fungitur.

Etenim non solum commisso sed etiam cogitato scelere conscientia homines accusat atque damnat, ita ut saepius conscientiae actione, ne scelus committant, impediantur [1]). Quam ob rem et conscientia, quae factis antecedere dicitur atque sermone philosophorum conscientia imperans vel antecedens vocari solet, re vera a conscientia, quae dicitur „consequens," nihil discrepare videtur [2]).

Multi autem sunt, qui conscientiae iudicium iam

---

1) cf. Livius 5, 25: „Enimvero illud suam conscientiam non pati, quod ....

2) cf. Dr. A. Kuyper, E Voto III, p. 499:

„'t Is waar, de conscientie spreekt bij den zondaar ook vooraf en waar„schuwt tegen de zonde, maar dan was wel terdege de zondige neiging „of lust reeds in ons werkende en 't is hierover, dat de conscientie von„nis velde".

nihili faciant; ignominiam famamque sine dolore ferentes, inustam conscientiam habent (cf. Tert. de Ieiun. c. 2).

Plinius eos, qui omnia ad conscientiam referunt, laudans, queritur, paucos tantum conscientiam vereri: „Nam quoto cuique eadem honestatis cura secreto, „quae palam? Multi famam, conscientiam pauci „verentur" (Plin. Ep. 3. 20. 28[1]). Quin etiam Valerius Maximus, eversis moribus atque nequitia regnante, de conscientiae viribus vel dubitare videtur; „si modo" inquit „vires, quas habere creditur, possidet." (Val. Max. 7. 8. 8.) Cicero contra, quantum conscientia in vita moribusque hominum valeret, bene perspexit. „Melius est", inquit, „morderi conscientia; „ex quo est illud e vita ductum ab Afranio; nam „quum dissolutus filius: heù me miserum! tum „severus pater: dùmmodo doleat aliquid, doleat „quidlubet." (Tusc. disp. 4. 45). Conscientia sublata iacere omnia putabat.

„In magnis interdum versatur angustiis, ut homi-„num conscientia remota nihil tam turpe sit, quod „voluptatis causa non videatur esse facturus" (de fin. 2. 28).

Teneritatem conscientiae, de qua apud Tertullianum sermo est (ad Nat. 2. 1.) et Cicero comme-

---

1) cf. Hieronym. Commentar. in Ezechielem I, 10 (opp. ed. Vallarsi, V, p. 10):

„Et tamen hanc quoque ipsam conscientiam iuxta illud, quod in Pro-„verbiis (18, 3) scriptum est („impius cum venerit in profundum pecca-„torum, contemnit"), cernimus praecipitari apud quosdam et suum locum „amittere, qui ne pudorem quidem et verecundiam habent in delictis et „merentur audire; facies meretricis facta est tibi, noluisti erubescere" (Jer. 3. 3).

morat, dicens conscientiam comprimere nihil esse negotii (fin. 2. 54).

Iam de conscientia *teste* disseramus.

Cicero de conscientia teste dicit (Cluent. 159): „Est sapientis iudicis .... maximi aestimare con-„scientiam mentis suae, quam a dis immortalibus „accepimus, quae a nobis divelli non potest, quae „*si optimorum consiliorum atque factorum testis* „*in omni vita nobis erit*, sine ullo metu et summa „cum honestate vivemus."

Conscientia theatrum dicitur, quo nullum maius invenitur; conscientia mille testes, ait Quintilianus (Inst. Or. 5. 11.). Iniustis nulla poena vehementior esse poterat, quam „nocte dieque suum ge-„stare in pectore testem." (Iuv. Sat. 13. 198).

„O, te miserum," inquit Seneca, „si contemnis „hunc testem" (Ep. 43).

Sic vis atque potestas conscientiae tam accusatricis, quam testis iudicisque varia oratione depingitur. Conscientiae proprium est accusare atque damnare, raro de conscientia, quae absolvit, sermo est [1]). „Magna vis est conscientiae" inquit Cicero „et „magna in utramque partem; ut neque timeant, „qui nihil commiserint, et poenam semper ante „oculos versari putent, qui peccaverint." (pro Mil. 61). Notandum videtur, Ciceronem de altera parte conscientiae potestatis, negative, ut ita dicam, dicere; ii, qui conscientiae iudicio non damnantur, non timent. Re vera, cum culpa absit, conscientia tacet; cf. Dr. H. Bavinck Psychol. p. 112:

1) cf. Sen. Nat. Quaest. IV, Praef.: „Post hoc ipse te consule, verane. „an falsa memoraveris. Si vera sunt, coram magno teste laudatus es."

„Ingeval er geen schuld is, zwijgt het ge-„weten." Sane saepius locutio quae est „bona con-„scientia" occurrit eodem modo atque mala conscientia, sed utraque magis statum quam actionem indicat.

Ad conscientiam iudicem nequaquam pertinet. Bona conscientia videlicet non significat conscientiam, quae bene iudicis munere fungitur, neque mala conscientia male iudicare dici potest. Eae locutiones hinc mihi exortae videntur, quod vox conscientiae proprie significat „bewusztzijn, herinnering."

Mala conscientia exoritur ex conscientia sceleris, ex conscientia mali; bona conscientia contra ex conscientia boni. Optime de hac re Kähler: „Ruft nun derselbe „Namen, unter dem man jene urtheilende Bezeugung „zu verstehen sich gewöhnt hat, immer auch seinen „ursprunglichen Sinn, den der blosz festhaltenden „Bezeugung, der Erinnerung vor die Seele, dann „liegt der Uebergang vom qualificirenden Urteile zu „dem abspiegelnden Bewusztsein nahe genug." (p. 47).

Venustissime deinde sic pergit „*der vom klaren* „*Spiegel zu Gesichte gebrachte Fleck erscheint als* „*in dem Spiegel fest haftender Fleck, befleckt ihn;* „*was als Befleckung des Menschen erkannt ist,* „*haftet als Befleckung an seinem Selbstbewusztsein.*"

Cicero his locutionibus, quae ex vulgari sermone originem ducere videntur, non utitur; contra apud Senecam posteriorisque aevi scriptores saepius inveniuntur.

„Bona conscientia" inquit Seneca, „turbam ad-„vocat, mala etiam in solitudine anxia et sollicita „est." (Ep. 43. 5)[1].

---

1) Pro locutione, quae est bona conscientia, saepius leguntur locutiones, quae sunt „bona fide; salva fide; salvo officio; liquido."

Vere honesti bonae tantum conscientiae pretio ducendi sunt. (cf. Tac. Agr. 1. 1).

Bona conscientia a Seneca amatur vocaturque adiutorium hominum.

In media temporum tempestate Seneca homines, ut in se recederent ibique tranquillitate fruerentur, suadebat.

,,Scito,'' inquit, ,,omnem condicionem esse ver„sabilem" (Tranq. An. 11).

Quam ob rem summum bonum in animo constituendum erat; ,,quilibet nostrum debuisset adver,,sus opiniones malignas satis fiduciae habere in ,,bona conscientia.'' (de Clem. 1. 15.) Bona conscientia autem fere numquam extat [1]). Sapientissimi viri multa delinquunt [2]); delictoque commisso ad supplicium paenitentiae et ii traduntur [3]).

Sapiens ille, cuius speciem formamque Stoici tam saepe adumbraverunt, erat confictus, nusquam apparebat.

,,Ubi enim istum invenies, quem tot seculis quaerimus.'' (Sen. Tranq. An. 7. 4.)

Sescenties quidem, ut normis regulisque mentibus insitis obsequamur, hortatur Seneca. cf. Ben. 4. 21 : „Hic, „quid aliud sequitur, quam ipsam conscientiam, quae „etiam obruta delectat .... reclamat et in se omnia „reponit.'' Audias et illud: „Sacer intra nos spiritus „sedet [4]), malorum bonorumque nostrorum observator

---

1) Sen. de Ira, 3. 24.

2) Sen. Ep. 57: „Non de me nunc tecum loquor, qui multum ab homine „tolerabili, nedum a perfecto absum".

3) Sen. de Ira, 3. 26.

4) Sen. Ep. 41. 2; Zeller adnotat: „Mit dem nichts anderes als die Vernunft und das Gewissen des Menschen gemeint ist". (Zeller, o. l. III. p. 727); cf. ep. 41. 1: „Prope est a te Deus, tecum est, intus est."

„et custos." Unusquisque sit speculator sui *censorque secretus* [1]).

Sed ipse Seneca iam queritur, multa vitia homines a virtute abducere.

„Ceterum" inquit „idem semper de nobis pro„nuntiare debebimus, malos esse nos, malos fuisse, „invitus adiciam et futuros esse [2])." Alio loco legimus: „Non est extrinsecus malum nostrum: intra nos est, „in visceribus ipsis sedet et ideo difficulter ad sani„tatem pervenimus, quia nos aegrotare nescimus [3])."

Id, quod Seneca rem facillimam putat scil. secundum naturam vivere, communi insania difficillimum efficitur [4]).

Stoicorum virtus imperare non potuit neque summo loco stare, cum verum obsequium ignorarent.

„In omni continuo pravitate," inquit Cicero „et in „summa opinionum perversitate versamur; ut paene „cum lacte nutricis errorem suxisse videamur" (Tusc. disp. 3. 1.)

Adumbratam tantum honestatis imaginem unusquisque consectatur „ut nusquam naturae lumen appareat" [5]).

Tota antiquitas propter humani generis perversitatem lamentis querelisque personat; recte Nägelsbach dicit (o. l. p. 324): „Kurz im ganzen Alterthum

---

1) Sen. de Ira, III. 36: „Cum aut laudatus est animus aut admonitus et speculator sui *censorque secretus cognoscit de moribus suis.*"

2) Sen. de Ben. I. 10.

3) Sen. Ep. 50. 4.

4) cf. Sen. Ep. 41: „Quid est autem, quod ab illo ratio haec exigit? Rem „facillimam, secundum naturam suam vivere, sed hanc difficilem facit com„munis insania."

5) Cic. Tusc. disp. 3. 2.

„findet sich ausgesprochen, was als ein Pythagoreisches „ἄκουσμα Iamblichus anführt Pythag. c. 18 § 22: „τί ἀληθέστατον λέγεται; ὅτι πονηροὶ οἱ ἄνθρωποι.''

Seneca confitetur, peccare omnes, alii gravia, alii leviora; quin etiam „usque ad extremum aevi delinquemus. [1])''

Regula igitur, quae quasi de coelo delapsa ad cognitionem omnium vitam dirigit, parum suppetere videbatur.

Neque in se recedere, neque conscientiae fidere veram tranquillitatem praebebat.

Ipse Seneca conscientiam titubantem vel potius dubitantem satis saepe designat, itaque non levitatem esse putat a cognito damnatoque errore discedere atque contra conscientiae commonita agere.

Ea aetate igitur, de qua Seneca queritur, non iam furtiva esse scelera, vero adeo in publicum missam esse nequitiam, ut innocentia non rara sed nulla esset, frustra cum poetae tum philosophi homines, ut in se recederent summumque bonum in animo esse putarent, monebant. Neque rerum abditarum cura neque futurarum praesagia neque multiplices superstitiones, „quas salutis desperatio scelerumque „conscientia progignere solet'' [2]) veram pacem afferre poterant.

Recte sane Persius, Ovidius [3]) aliique animadver-

---

1) Sen. Clem. 1. 6.

2) cf. Lobeck, „Aglaophamus'', p. 312.

3) cf. Ov. Fasti, 2. 45:

„Ah nimium felices, qui tristia crimina caedis
„Fluminea tolli posse putetis aqua.''

tebant, non carne taurorum ad deos placandos opus esse sed mente pura.

„O curvae" inquit Persius „in terris animae et caelestium inanis
„Quid iuvat hoc, templis nostros immittere mores
„Et bona dis ex hac scelerata ducere pulpa [2])?

Deinde sic pergit (71—73):

„Quin damus id superis . . . .
„Compositum ius fasque animo sanctosque recessus
„Mentis et incoctum generoso pectus honesto".

Verumtamen hominum mens cum et caeca et depravata esset, quid in vita rectum esset, plane ignorabat. Quod et Seneca vidit. „Occupat enim", inquit, „nonnumquam odium generis humani et occurrit tot „scelerum felicium turba, cum cogitaveris, quam sit „rara simplicitas, quam ignota innocentia et vix „unquam, nisi cum expedit, fides, et libidinis lucra „damnaque pariter invisa et ambitio usque eo iam „se suis non continens terminis, ut per turpitudinem splendeat: agitur animus in noctem et velut „eversis virtutibus, quas nec sperare licet, nec habere „prodest, tenebrae oboriuntur" [2]). Deum sequi, menti obtemperare, conscientiae morem gerere, vitam secundum naturam, secundum rectam rationem, secundum regulas normasque rectas dirigere, quomodo fieri poterat, si, quid in vita re vera rectum esset, ignorabatur?

§ 7. Revera id, quod Zeller de Seneca dicit, ad totam Senecae aetatem pertinet.

---

1) Pers. Sat. 2. 61—63.
2) Sen. Tranq. An. 15.

„Jenes stolze Vertrauen" inquit „auf die Macht „des sittlichen Willens und der Einsicht, von wel- „chem die stoische Ethik ausging, ist bei Seneca „tief erschüttert. Wäre dem nicht so, so könnte er „sich über die Schwäche und Schlechtigkeit des „Menschen und über die Unvermeidlichkeit dieser „Mängel nicht so stark aüssern [2])".

Vera tranquillitas non pendet ex benefactis, sed imprimis ex iustificatione illa, quam habemus in Christo Jesu [3]). Gratia, quae dicitur communis, gentilibus conscientiam, accusatricem, testem, iudicem, monitricem, cordibus imposuit; eam vero bonam conscientiam, quae hominem vere absolvat eique dicat: „tu salvus es, tu es purgatus," fides tantum Christiana praebet.

Quantumvis adiutorium gentilium fuerit bona conscientia, non id solacium praebere potuit, quod integra illa conscientia, de qua Tertullianus dicit: „quae maior voluptas quam — conscientia integra." (Tert. de spect. 29) [2]).

Quantum ab antiquitate illa Pauli verba distant: „Ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστίν, τὸ μαρτύριον τῆς „συνειδήσεως ἡμῶν, ὅτι ἐν ἁγιότητι καὶ ειλικρινείᾳ τοῦ „θεοῦ οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκίκῃ, ἀλλὰ ἐν χάριτι θεοῦ „ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς" [4]).

Mentem puram, conscientiam integram, Christi tantum sanguis, Spiritusque Sancti sanctificatio afferre potest.

---

1) Zeller, o. l. III [1]. p. 7.
2) cf. Ames. „de Conscientia et eius iure vel casibus", III. c. 7.
3) cf. Tert. de Cultu fem. 2.
4) Paul. Ep. ad Cor. 2. 1. 12.

Aeterna luce paceque egentes, quae sunt in Christo, in quo Deus mundum sibi reconciliavit, terrores conscientiae sane senserunt gentiles, quin etiam pace quadam falsa bonae conscientiae usi sunt, numquam vero, quamvis parati ad conscientiae testi monitricique oboediendum, conscientia vere pacata iis contigit, id quod ex se intellegitur.

Temporibus rei publicae vita moresque Romanorum nimis extrinsecus religati erant: utilitas, cum magismagisque norma vivendi fieret, vera honestas, summa norma deficiente, deerat. Audias hac de re Luthard „Geschichte der Christl. Eth." p. 3: „Das Masz- „gebende ist die staatliche Gemeinschaft, nach wel- „cher der Werth des Einzelnen in den sozialen „Lebensverhältnissen, wie das Verhalten desselben „sich bemiszt. Der Ausdruck der entsprechenden „Sittlichkeit ist ..... nicht eine Sittlichkeit, welche „ein über dem Menschen stehendes Ideal als die „höhere Wahrheit vorhält, dasz er der Wirklichkeit „eingebildet werde, sondern die mit dem natürlichen „Leben selbst gegebene, durch die staatliche Ord- „nung näher bestimmte Gesetzmäszigkeit des Lebens."

In religione non tam amor quam timor verecundiaque deorum homines, ut deos colerent, impellebant[1]).

Haec omnia, quominus notio conscientiae cresceret, impedire, quin etiam in rebus, quae ad religionem pertinerent, numquam vocem conscientiae apud Romanos inveniri, supra ostendimus.

Deinde religione neglecta philosophia munus pae-

---

1) cf. Nägelsbach, o. l. pag. 318: „Darum handelt der Mensch auch „nicht aus Liebe zur Gottheit sondern aus Furcht und Ehrfurcht vor Ihr".

dagogi suscepit: sed rursus normae, secundum quas vitam disponere actionesque regere volebant, a recta via declinabant. Conscientiae autem notionem ea aetate, qua philosophia cum Stoicorum tum Platonicorum recentiorum homines, ut in se recederent, monebat, crevisse atque amplificatam esse, satis apparebat[1]).

Sed gentilium conscientia lege morali, quae natura unicuique insita est, nititur, cuius notiones ita depravatae erant, ut Cicero exclamaret: „In omni pravi„tate et in summa opinionum perversitate versamur; „ut paene cum lacte nutricis errorem suxisse vide„amur." (Tusc. disp. 3. 1.)

Philosophia, quae veram beatitudinem in boni malique scientia ponebat, a vitae morumque doctrina in Sacra Scriptura tradita prorsus discrepabat.

cf. Friedländer „Sittengesch. Roms" p. 667: „Während das Christenthum die Erlösung durch „den Glauben verheiszt, verkündete die antike „Philosophie die Befreiung durch das Wissen."

Antiquitas, quae voluntatem depravatam esse ignorabat itaque iustificatione neque sanctificatione egebat, numquam vere pacata, bona conscientia fruebatur.

---

1) Tamen non est praetermittendum, Stoicos, qui Graece scripserint, paene dixerim consulto, vocem, quae est *συνείδησις*, neglexisse; quin etiam neque Epictetus neque M. Aur. quamvis sescenties de conscientiae vi agentes, usquam fere ipsam vocem, quae est *συνείδησις*, usurpant. Epictetus e. g. dicit (Diss. 1, 5. 3): „*διτταὶ ἀπολιθώσεις, ἡ μὲν, τοῦ νοητικοῦ ἀπολίθωσις, ἡ δὲ,* „*τοῦ ἐντρεπτικοῦ*", quibus cum verbis conferas Tert. ad Nat. 2. 1: „Te„neritas conscientiae *obduratur* in callositatem voluntarii erroris". Recte Bonhöffer dicit („die Ethik des Stoikers Epictet" p. 68): „Der Ausdrück „*τὸ συνειδὸς*, der sich nur einmal findet (III. 22. 94) .... bedeutet weniger „das Gewissen, als vielmehr das Selbstbewusstsein, das Bewusstsein seines „göttlichen Berufs. Am ehesten deckt sich mit dem Begriff des Gewissens, „das *αἰδῆμον* und *ἐντρεπτικόν*."

„Conscientiae enim pax," inquit Amesius ,,non ,,pendet ex observantia aut oboedientia nostra, ,,tamquam ex causa principali, sed ex iustificatione ,,illa, quam habemus in Christo." (Ames. o. l. p. 118).

Quomodo conscientiae notio Christi doctrina amplificata sit, ex Tertulliani scriptis patet.

Primum illa notione eo modo utitur, quo et Romani antiqui ea usi sunt, ut sit scientia factorum et vis moralis ex illa proficiscens; e. g. Tert. Apol. 10: ,,Appellamus a vobis ad conscientiam vestram. Illa ,,nos iudicet, illa nos damnet."

Conscientia vero, poenitentiam amplexata, ut Tertullianus, contortissimo dicendi genere usus, dixit, ab antiquitate alienum erat.

Novi Testamenti idioma conspicitur ex locutionibus, quae sunt, inustam conscientiam habere (de ieiunio c. 2)[1]), conscientia integra[2]), (de cultu fem. 2). conscientias infirmas percutere, (de pudic. 14)[3]), conscientiam contaminare. (de idol. 13)[4]).

Sacrae Scripturae idioma quoque denotantur verba, quae sunt (adv. Marc. 1. 13):

„Sagittae tuae .... compungentes et transfigentes „conscientiam quamque."

Quae verba ad illam interiorem hominis naturam tendunt, de qua apud Augustinum legimus (Enarr. in

---

1) cf. Ep. ad Tim. 1. 4. 2: „κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν".

2) cf. Ep. ad Tim. 2. 1. 3: „χάριν ἔχω τῷ θεῷ, ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων ἐν καθαρᾷ συνειδήσει".

3) cf. Ep. ad Cor. 1, 8, 12: οὕτως δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε.

4) cf. Ep. ad Cor. 1. 8. 7: „καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα μολύνεται". Deinde cf. Ep. ad Tit. 1. 15.

ps. 45): „Sanumque sit *intus hominis*, quod conscien- „tia vocatur." Alibi (Enarr. in ps. 45): „Porro *homi-* „*nis interius conscientia* non invenitur." Iam Seneca conscientiam *ipsi personae* adaequaverat: „Male agit," inquit „qui famae, non conscientiae gratus est. Duos „istius rei iudices habes: illum, quem potes fallere „et *te* quem non potes." (Ben. 6. 42).[1])

Conscientiam igitur Augustinus interiorem hominis naturam vocat „universum hominis statum moralem „et naturam, quae delictis maculatur et in peius „vertitur, Dei vero indulgentia et benevolentia „mundatur." (cf. Jahnel. o. l. p. 66).

Conscientiam legislatricem Tertullianus denotat verbis, quae sunt:

„Congenitae et ingenitae conscientiae *tacita com-* „*missa*." (de test. an. c. 5.)

Denique apud Tertullianum de conscientia integra legimus. „Quae maior voluptas" inquit „quam .... „conscientia integra" (de spect. 29; cf. praeterea de cultu fem. 2).

Et antiquis bona conscientia erat „solacium" (Cic. Ep. ad fam. 6. 6. 12) „laetitia" (Ep. 5. 7. 12) „praemium" (Rep. 6. c. 8.) „fructus" (Phil. 2. 114). Sed conscientiam integram „*τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει*" (1 Tim. 3. 9.) iis ignota erat, amorem Christi ignorantibus.

---

1) Eadem adaequatio apud Epictetum, de daemone agente, invenitur (Diss. I. 14. 14): „*ἀλλ' ὁ θεὸς ἔνδον ἐστὶ, ὁ ὑμέτερος Δαίμων ἐστι ....* „*Τούτῳ τῷ Θεῷ ἔδει καὶ ὑμᾶς ὀμνύειν ὅρκον οἷον οἱ στρατιῶται τῷ Καίσαρι. ὅμοιος* „*γε ὅρκος ἐκείνῳ; ἔκει μὲν ὀμνύουσι, αὐτοῦ μὴ προτιμήσειν ἕτερον· ἐνταῦθαδ',* „*αὐτοὺς ἁπάντων.*" Zellerus adnotat (o. l. III. p. 319[2]): „so dasz also sich „der Dämon im Innern in den *αὐτός* auflöst."

THESES.

I.

Conscientia in Ciceronis Epist. ad Att. XIII. 20. 4 significat conscientiam legislatricem.

II.

Voci, quae est religio, notio ligandi inest.

III.

Eucken a vero aliquanto abest, ubi de Seneca scribit (Gesch. der phil. Terminol. p. 175): „Seneca „hat zuerst den Terminus conscientia mit Stoischen „Begriffen verbunden".

IV.

Epict. diss. I. 14. 12: „ἀλλ' οὖν οὐδὲν ἧττον καὶ „ἐπίτροπον ἑκάστῳ παρέστησε (ὁ Ζεὺς) τὸν ἑκάστου Δαίμονα „καὶ παρέδωκε φυλάσσειν αὐτὸν αὐτῷ καὶ τοῦτον ἀκοίμητον „καὶ ἀπαραλόγιστον".

Vox, quae est Δαίμων significat conscientiam.

V.

Iniuria ait Wundt („Ethik" 1886. p. 414): „In „der That wird ja auch die Sprache als die das „Gewissen ein Mitwissen nannte, darunter ursprüng„lich ein göttliches Mitwissen verstanden haben".

VI.

Ex Ciceronis scriptis, quid ei de animi immortalitate videretur, effici non potest.

VII.

Cic. pro S. Rosc. Am. 80:

„Interdum mihi videris, Eruci, una mercede duas „res assequi velle, nos iudicio perfundere, accusare „autem ipsos, a quibus mercedem accepisti".

Halm: pervertere; Troiel: pessumdare; Krüger: percutere; Gustafson: pertundere. Lectio codd. servanda est, reiciendaque Nägelsbachii interpretatio. (cf. Nägelsbach, Lat. Stil. p. 561).

VIII.

Verg. Aen. II. 416—417:

„Adversi rupto ceu quondam turbine venti
„Confligunt, Zephyrusque Notusque et laetus Eois
„Eurus equis".

Eurus hoc loco nec equis nec bigis vehens fingitur.

IX.

Tac. Ann. 6. 4:

„Metum prorsus et n o x i a m conscientiae pro „foedere haberi."

Noxiam conscientiam, Pichena; noxae conscientiam, Halm.

Lectio cod. est servanda.

X.

Tac. Ann. 14. 10:

„Et luisse eam poenam conscientia, q u a scelus paravisset."

Legendum est: q u a e scelus paravisset.

XI.

Plaut. Most. 544:

„Nihil est miserius, quam animus hominis conscius
„Sicut me habet."

Contra Ussing, Both, Langen, alios, lectio codd. est servanda.

XII.

Propert. I. 18. 23:

„An, tua quod peperit nobis iniuria, curas,
„Quae solum tacitis cognita sunt foribus?

„Curas" est verbum.

XIII.

In de moraal der Ouden is liefde tot de vijanden niet onbekend, zooals beweerd wordt door O. Pfleiderer „Moral und Religion" p. 16:

„Die ganze antike Moral weiss nichts von „einer Feindesliebe".

XIV.

De Stoici hebben het woord *συνείδησις*, in de beteekenis van „geweten" blijkbaar met opzet vermeden.

XV.

In Hier. Comm. in Ezech. B. I § 10 moet gelezen worden „*συνείδησιν*", in plaats van „*συντήρησιν*".

XVI.

De leer van een aetas aurea, zooals de jongere Stoici die hebben geleerd, is met de theorie der kennis van de Stoa in strijd.

XVII.

Het is niet juist, wat Bernheim beweert (Lehrbuch der histor. Methode p. 23), dat „die An„schauung von der Einheit des Menschengeschlechts „dem Altertum durchweg fehlte.... Es blieb für „die universellsten der antiken Historiker doch im„mer der Gegensatz gegen die Barbaren bestehen".

XVIII.

Het bezwaar, dat Eduard Meyer (Zur Theorie und Methodik der Geschichte. p. 6) heeft tegen Bernheim's definitie „die Geschichte ist die Wissen- „schaft von der Entwickelung der Menschen in ihrer „Bethätigung als sociale Wesen", dat n. l. hij niet „inzien kan „wie man unter eine solche Definition „anders als durch Gewaltsamkeit etwa eine Ge- „schichte des spanischen Erbfolgekrieges oder Napo- „leons subsumieren kann" mist allen grond.

XIX.

In de woorden van Prof. Kalff (Gesch. der Ned. Letterk. III. p. 469) dat n. l. Coornhert zich „die „onafhankelijke levensbeschouwing had geschapen, „die men met den naam van Christelijk Stoicisme „mag bestempelen" moet de benaming Christelijk Stoicisme als een contradictio in terminis worden beschouwd.

XX.

Voldoende historische feitenkennis kan zonder den leerling huiswerk op te geven moeielijk worden verkregen.

Typis E. J. BRILL, Lugduni Batavorum.

Mulder, Roelof
De conscientiae notione